



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


**Qvod Non Sit Onerosa Christianis Confessio Paradoxon  
Ioannis Œcolampadii**

**Ökolampadius, Johannes**

**Augustæ Vindelico[rum], 1521**

**VD16 O 390**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34461**




69

Th. 5969.



ERZBISCHÖFL.  
AKADEMISCHE  
BIBLIOTHEK  
LEOSTR. 21  
PADERBORN



**QVOD  
NON SIT ONE  
ROSA CHRISTIA  
NIS CONFESSIO  
PARADOXON  
IOANNIS CECO  
LAMPAS  
DII.**

Experire Lector q̄ leue sit onus Domi  
ni, q̄ ubiq̄ diligēter curet Eccle  
sia, ne suos oneret, Rara, eru-  
dita, grata & necessa  
ria reperies. Eme  
& Lata-  
beris.

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly faded.]*

IO. CECOLAMPADIVS BERNHARDO

Adelmanno de Adelmanfelden &c.

Patrono & Amico suo S.

**O**Mnino placet quod scribis, denuo te lecturū  
lucubrationē nostram. Obsecro autē, ne inter le  
gendum aliquid / quantuluncunq; illud sit prætereat,  
quod immodico amiciciæ studio minus expendas.  
Nosti, Amorē cæcū / & reprobati iudicij ueteri puer-  
bio. Quin potius aliquātisper calumniatoris cuiuspiā  
p̄sonam indue, Momo ipso sis oculator. Malo em̄, q̄  
liber tua adhortatione in spongiā / quā sup̄ciliosa incen-  
diariorū iudicum sententia in fauillas eat. Iam q̄ pri-  
ma lectione te offendit, spero sequunda ac diligentiori-  
ne obuium quidem fore. Neq; em̄ / ut tibi uideor, im-  
probo, q̄ auriculari / liceat ita uocare, confessiōe abstru-  
liora peccata p̄dantur. si quidē ad id hortor potissimū  
Verum hoc asseuerauerim, Ecclesiam catholicam latē-  
tium peccatorum præsertim cordis confessionem ne-  
quaquam præcipere, nisi tanti momenti sit Lateranen-  
se illud decretū. Sed istud quale sit, hodie quis nō obo-  
let, nisi pituitosuli? Reliquū, ut exomologesis / humili-  
tati & misericordiæ cognata est, ita eatenus a me p̄bat,  
quatenus & humilitas aut misericordia. Igitur sentio,  
& cōmissa occulta om̄ia, si fieri potest, aperire, fructuo-  
sum, & p̄ tempore / aliquod reticere citra summū esse  
periculū. Non sum tantæ temeritatis, ut absq; scriptu-  
rarum ansa asseram, omnes salutis uias alicui præclusas  
ceu deplorato simul atq; aut pusillanimitate aut peri-

A ij

calorum timore, aut ingrato aliquo euentu unum alterumue, sibi / ac deo soli cognitum facinus obtulerit, modo deo fateatur & resipiscat. Tametsi prope nihil tam ago, quam me stulto pudori / & uanę formidini sit locus, atq; adeo, ut metuendum potius, ne quid nimis. Nec opus, ut scholasticis me hic addicam, quos alioquin in plerisque & pbo uehementer, & sequor lubēter. Ista enim ita perfunctorie tractant, ut si eos legas uix agnoscas Theologos. Tu / si quid & aliud est, quod displiceat, facito, ut soles, amice, & mone in tēpore. In eo quod indicasti, nihil discriminis uereor, quāuis ut nūc sunt secula, Manlianum / quod uocant tribunal haud nos euasuros ferme persuasum habeam. Atqui sanctius colenda est ueritas, quam ut impiorum metu non afferatur. Vale,

# QVOD NON SIT ONEROSA CHRIS-

tianis peccatorum confessio, Paradoxon

Ioannis Œcolampadij,

Prima Pars.



**V**lgo partim mussitāt, partim  
palam conq̄erunt, ferreo uete-  
ris legis seculo, n̄m hoc ob im-  
modicā humanarū traditionū  
inundantiā, lōge deterius esse  
& graui⁹, & si plerāq; bene cō-  
feras, nostrū hoc ferreum illud  
aureū & post lentas Salomōis  
ferulas, supbi Roboā scorpis

nobis intentari. Hic rumor circumfert, hęc querela au-  
ditur. Quid ergo nouarū rerum? quid disturbiorum?  
Redūdat ne quicquid id est murmuris in Christū, qui  
pater hui⁹ seculi, nouellæq; huius pacificæ generatiōis  
princeps. Absit, quod is ullū/quod iure ita dici possit VI<sup>o</sup>  
incōmodū inuexisse credat, qui salutis/uite/libertatis/  
resurrectionis/innumerabiliūq; bonorū nobis optim⁹  
ac certissimus sit author. Absit, qđ preciosus ille & san-  
ctissimus sanguis effusus sit incassum. Absit, qđ holo-  
caustum holocaustorū in ara crucis frustra sit cōcrema-  
tū. Si tā uirulenta audirētur, blasphemiam rectius, q̄ mus-  
sitationem/apostasiā potius, q̄ querimoniā dicerem⁹,  
essentq; sermōes eiusmodi durius cōfutandi & auersan-  
dē ab eis aures, ut sunt etiā suo auditu asperi. Atqui nō  
his Christo/per quē suauius/liberius/& securius uiuit.

A. iij

PRIMA PARS.

sed onerosioribus quibusdā traditionibus contradicē  
 Porro haud nouus est rumor hic, nec recēs ortus, dura-  
 uit aliquot seculis. Neq; ab impiissimis est profectus.  
 tales enim diuinarū/humanarūq; legum uinculis om-  
 nibus semel conculcatis, tantum libidini suæ uacant,  
 de hoc uix cogitare dignantē. Sed neq; ab idiotis & om-  
 nino simplicibus emanauit, qui ferenda omnia a quo-  
 uis iniuncta putant, modo qualēcūq; pietatis speciē  
 præse ferant, nec disputare audent, an ea detrectare lice-  
 at. Qui autem de ijs tractant, eos nec impios, nec stoli-  
 dos uocarim. Non ita insensati sunt, quin onera senti-  
 ant imparia, neq; item a deo feroces ac rebelles, ut con-  
 tinuo imposita reiſciant. Cæterum/multum animo se-  
 cum hæſitant. Num talia Christus a suis per ministros  
 exigat. De Christo sentiunt optime. Tantam aut nouo-  
 rum mandatorū/quæ nō tam adducunt ad Christum,  
 quam ab ipso abducunt, uarietatem quomodo proba-  
 rent. præsertim cum interim nonnihil technarum, in-  
 posturarumq; deprehendant.

**E**X horū numero, quæ minime debebat, male au-  
 dit Confessio, pinde ac indigna homine Christi-  
 ano, & onerosior, quæ uel tolerari queat, uel inu-  
 gi debeat. De qua sermo nunc erit, amicorum crebro  
 interpellatu, constantiq; adhortatiōe efflagitatus. Eos  
 ego quicūq; mō petētes repellere uel redarguere nec de-  
 bui, nec uolui (alteri fortasse honeste licuisset) memor  
 in qua & ipse olim uersatus sim miseria. Quod ad id  
 causę spectat, affligebam me ipsum, ubi minime opus,

## CONFESSIO. NIS.

& ubi summopere necessarium mihi parcebam. Non sufficiebat diei malicia, nisi ultro accerfatis etiam molestijs me inuoluerē. Poteram nonnunquē tranquillius agere, & opinione infelicitatis / curis in nihilum utilis memetipsum pessundabam. Nunc diuino fauore aliquāto melius habens, ne capitali quidē inimico tam miseros animi casus imp̄carer. Amicos uero & fratres simili morbo teneri agnoscens, quæ mea fides, si nō & ipsis affuero? Id quod nunc in uotis est, aspiet modo Christus, ut aliquid sup̄fluarū curarū, quas in recensendis peccatis suis, infensas experiunt, ipsis adimatur. Videbunt, p̄fecto hac lucubratione meam, si nō quantam desiderāt eruditionem, certe uel sinceritatē, imo simplicitatem, quod nolim cū plæriscq; aliud mecum sentire, aliud in populum disseminare.

**P**incipio diffiteri nō possumus, uix a paucis / sine tedio & molestijs animi enarrari flagitia. Verum huius causa nō est Confessio, quæ per se indifferens, nec contristat, nec exhylarat, nec onerat, nec exonerat. Alioquin idem operaretur in om̄ibus, sed ut quisq; affectus est, ita minus magisue inter confitendum premitur. Quemadmodū enim deambulatio / quæ sano ludo uidetur, ægro labor est, ita & cōfessio / quæ iucunda est Christiano pectori, eadē molesta est sup̄bo pctōri. Nam qui male agit, quærit latebras, sectatur tenebras, odit lucē. Neq; ullis minis & piculis ita terretur, neq; ullis sudoribus ita succumbit hypocrita, ut si existimationis suæ iacturam urpitudinisq; reuelationē audiat.

Unde,

## PRIMA PARS.

Quoē circa supbis Iudæis pphetę interminantē, pudenda ipsorę gentib. reuelanda. Hanc enim felicitatē stulti pctōres deligūt, ut seiplos palpēt / suas man<sup>o</sup> deosculentur, suas fimbrias dilatēt, habeanturq; ab alijs egregij ac boni poti<sup>o</sup> q̄ sim. Quæ bona (si licet inter bona & uanitates numerare) dum salua sunt, caeca eorę mens cōtemptrix periculorę / secure in fecibus suis requiescit, si biipiq; pnciosissima assentatrix beatam se putat. Mox autem ubi fœditas / uel confessione / uel quouis euentu p̄denda omni beatitudine sua simul excidunt, neq; intus / neq; foris inuenientes, quo se solētur. Foris inanis gloria / ut Bulla perit. Intra conscientiam truculētior sæuit erynnis. Loquuntur. Fama tot laborum exantlatiōibus p̄arta uno momēto perdenda erit. Tacent & damno suo pudori obsequunt. Internā quietem rixabunda perturbabit conscientia. Itaq; onerosa ip̄is est cōfessio, uerum ipsi sibi longe sunt onerosiores. Contra Christianus animus, humilitati assuetus, fateri iniquitates suas nō refugit, ignominijs siue iure siue iniuria opprobratis nō modo non mouetur, sed & gaudet. Equidē qui uno contentus est Christo, & p̄ter illum nihil requirit, nihil arduum / aut admirabile ducit, & propter illum se ipsum nescit, quid curaret humanum diem, & sinistra aliquorę de se opinionem. Quomodo onerosa esset ei Confessio, qui paratus cum Dauid in flagella, qui p̄cipienti in maxillā unam / p̄ebet alterā, qui nō formidat, sed cottidie optat mori. Quod si Cōfessio molesta cēseri debet, confectaneum / nihil quod ad salutem attē-

## CONFESSIONIS.

net Christiano homini esse leue Et homini quidem ad  
deteriora naturali uitio procliui haud omnia arrident  
præcepta/sed grauiasunt ac ingestabilia. Christiano tñ  
qui deo adiutore nititur nullū est difficile. In Christo  
enim potest ac fert omnia, & qui nō ferret, quū intra se  
gestet portantē omnia uerbo uirtutis suæ, conditricēq;  
oīm sapiam, nō minus btūs, q̄ beatissim⁹ ille uirginē  
us uenter/ qui carne indutū uerbū mundo saluatorem  
enixus est. Plane qui aut ut subiugale iumentū uehit,  
aut ut crater diuinorū thesaurorū capax continet, humi-  
lem nostrū ac mitem Iesum, nihil extrinsecus formida-  
bit, nulla re grauabitur, nihil est quod eum a charitate  
dei poterit auellere. Proinde/ si in hunc modū philoso-  
phari libet. Christiano tali hoc est uere Christiano con-  
fessionem ponderosam nō esse, etiam a contētiosis ob-  
tinebimus. At noster sermo aliorum tendat.

**I**gitur ut plurimi/ ita & hic rumor/ haud p̄ omnia ua-  
nus est. Iterum enim/ uelimus, nosimus, fateri cogi-  
mur confessionē, nō eam dico, quæ olim in usu fuit  
sed quæ a quibusdam mortalium piculosis hodie  
exigitur, esse graue Christianis. Etenim licet, ut dixi,  
optimus quisq; feruenti studio demerendi Christum  
nihil non quod modo tolerabile sit lubens ferat, inte-  
rim tamen fert multa, quæ nō probat, & zelo æstuans  
indignationem ex prodigiōsa rerū deordinatione con-  
ceptam nō semp̄ dissimulat. Ita martyres quāta uis ani-  
morū a laetitate tormēta aggrediebātur, & tortoribus  
gratias agebāt, impias tamen tyrannorū leges quæ ad

B

## PRIMA PARS

uersum se ferebantur cōmendare nō potuerūt. Et uide,  
an ulla unq̄ Regum & Præsidium scruicies grassando  
eo progressa sit, quo sub sanctæ cōfessionis & pietatis  
nomīe aliquorum temeritas. Commemorat Samuel,  
quid sibi licere pmittant Reges, nempe auferre subdi-  
torum uxores / liberos / uineta / & pecora. Testantur sa-  
cræ literæ, qđ in Prophetas & ueritatis assertores ma-  
num mittere auli sunt, & ne multis, ut dominus ait, tyrā-  
ni corpus occidere possunt, in animos nullū ius habēt.  
proinde cogitationes, quia frustra id agerēt, exquirere  
non tentant. Vnus Nabuchodonozor rem nullis secu-  
lis auditam, a suis uatibus cognoscere uoluit, supstitio-  
sius tamen quam malignus. Non em̄ alienos cogitatus  
exp̄orabat, sed insomnia quorum oblitus erat in me-  
moriā referre cogebat. Dionysij / Diomedes / Busiri-  
des / & inhumaniores aliij, quid grauius intentare pote-  
rāt, quam quod eos quos cruciant, ex hac uita misera  
eripiūt. At ij / de quib. loquimur, cū eis in corpora nul-  
lum sit, ipsum in animos se habere asserūt, ut sic exqui-  
rendis cogitatiōibus pateat uia. Dæmonum em̄ pote-  
stati & morti sequūde obijciūt simpliciores, nisi in me-  
dium, pferant etiā in abditissimis cordiū penetralibus  
recondita. Iubent itē non peccata simpliciter enarrare,  
sed loca oīa / temporū momenta / modos / & conditiōes  
qualib⁹ peccatū est, oēs describere. Neq̄ semel tm̄, sed  
quoties p̄ incuriā / uel obliuionē / uel pudorem / p̄ctm̄  
unū fuerit occultatū, aut iniunctū opus inte missum,  
repetēda denuo sunt oīa. Addūt ad hęc, ne alteri quam

## CONFESSIO.

ſuo ſacerdoti exponant. Qui poſtea qualiſcūq; ſit, etiā  
indoctus / ſutilis / intēperans / & ut ſemel dicā, illaudat<sup>o</sup> /  
id tanq̄ meſſem ſuā ab alienis ſalcib. ſtrē nue deſenſat.  
Et ſi q̄ min<sup>o</sup> parent, nō mō eccleſia interdicit, ſed & tar  
taro deuouet nunq̄ inde, donec, put ſibi uiſum ſatis pa  
reant, eruēdos. An nō hęc iure bilē moueāt bonis intel  
ligentib. nō eſſe hęc germana Chriſti præcepta, tamen ſi  
iplius noiē imperent. Sane iſti aliquā diu ſua ita uulgo p  
ſuaſerūt, ut pauci abſc̄ p̄ſcripta ab eis conſeſſiōe ſalutē  
ſe aſſequuturos ſperarint, qui tñ ſic conſeſſos affirmare  
nō audebāt. Quæ cauſa, quot putas aīabus ruinæ &  
deſperatiōis fuit occaſio. Omnino magnæ Chriſtianoꝝ  
parti ſalutis p̄cluſa fuiſſet ianua, niſi clemētior eſſet di  
uina iuſticia, q̄ humana miſericordia. At non ſunt  
hęc multa exaggeratiōe p̄ponēda, ne uulgari rumori to  
ti accedere uideamur. Quin ſati<sup>o</sup> iſtituto nos accinga  
mus edocturi, quantū ſup̄ne concedit. Qua ratiōe mi  
nus moleſta fiet cōſeſſio. Verū oleū opac̄ p̄det oīs,  
nō mea tñ, ſed quorūlibet tale quiddā attentantiū, niſi  
primū reiſciant exactores dura hęc iniungētes onera.  
Et a motis illis, ne q̄s ſibi ip̄i ſtulta puſillanimitate lōge  
grauiora onera ſup̄imponēs peſſundet. Obſerua itaq̄  
illos, obſerua & teip̄m. Primū tñ moneo te in Chriſto,  
imo tua te ſalus iterū atq̄ iterū moneat, ne peſtilētib. il  
lis tyrānis aīm tuū addicas, ne credas, ne imbuendū tra  
das, Chriſtianū te memieris, & ſpū liberū, p̄inde nihil de  
bes illis, nihil p̄derūt illi. Et quā ſunt illi, illi. Ip̄os dños  
p̄ Phariſeos denotauit. Sūt em̄ cæci, cęcorū duces, parū

B ij

## PRIMA PARS.

in sacris literis exercitati, uel si quas didicere, ipsis ad  
questum abutentes. Qui non quæ populi, sed quæ sua  
sunt quærunt, qui habentes clauem scientiæ, qua cœli  
aperiunt, & ipsi nō ingrediuntur, & alios ab ingressu  
obarcant. Hi alijs ingestabiles sarcinas imponūt, q̄s ne  
digito quidem attigerēt. Hos inquam caue. Equidem  
proderūt nihil, neq; famelicum te pascent, neq; nudū  
uestient, neq; egrotum curabunt, neq; contractum resti-  
tuent, neq; laxū & eneruē consolidabūt, ita em̄ ab Eze-  
chiele rephendūt, imo spiritualib. cibis fraudabūt,  
amiculis expoliabūt, uulnus uulneri/morbū morbo/  
plagā plagæ adijciēt. Adde qđ si qđ in te ingenuitatis  
reliquū/degenerare faciēt, si qđ speciosum dehonestabūt,  
si qđ p̄claræ obtenebrabūt, si qđ excelsum subuer-  
tēt, si quid rectū deprauabūt, si quid sc̄m̄ pphanabūt  
In summa proderūt nihil, oberunt plurimū. Vbi em̄  
auditoribus somnia sua psuaserint, errore sc̄q; instillarit,  
nō modo nō meliores, sed & in decuplum deteriores  
eos reddunt. Digito forsā ut eos agnoscas monstrari  
cupis. Dicam primū quos fugiendos, deinde quos cō-  
sulēdos censeam. Sunt qui a seuerissimis rigidissimisq;  
petenda consilia autumāt, quoties de secretioribus ani-  
mi curis a quibus summa salutis pendet consultandū.  
At hi tam arctam ad cœlos nobis uiam cōmonstrant,  
ut per eā ingredi uix apostolis liceat, tam operosas des-  
finit uirtutes, tanq; raros bonos/ut non miram sit,  
si adhuc uacuū cœlum. Errorculos etiā ueritati simili-  
mos hereses decernunt, omnem lentiginem leprā, oēm

## CONFESSIO<sup>o</sup>NIS.

festucam trabem faciunt, nullum mendacium apud is-  
los quod nō idem mortiferum. Idem est temeraria im-  
precatiuncula & blasphemia, omnia uota etiam impia,  
inuiolata seruanda, omnibus ex æquo manib. est labo-  
randum. Semper emurmurandæ preculæ/uel nō intel-  
lectæ, & eiuscemodi multa. Nusquā tamen tantus disci-  
plinæ rigor, q̄ ubi quid uel minimum inter cōfitendū  
reticetur, tum terra ferrea/tum cœlum æneum/tum fru-  
stra ros & humber expectatur, tum fons misericordia-  
rum exarescit. Alij sunt, qui istos ut pestiferos fugiē-  
dos & ex indulgentissimis salutis oracula sciscitanda  
arbitratur, & prudētiores iudicant consultores, qui in-  
condemnanda flagitiosorum uita cunctatiores fuerint  
Verum illi nō semel ad apta flagitia cōiuent, uno uel  
qualicuncq; gemitu oēs peccatorū poenas aboleri pol-  
licētur, paucis nummis acceptis/cœlum aperiunt, cōcu-  
binatum honestant, usuras excusant, bella sanctificant,  
simonias iustificant, populoq; narrant placētia, deniq;  
si rem spectes, pietatem ludibrio habent. Plurimū autē  
diuertendū opinātur, apud eos/qui honorifice schola-  
sticos illos Magistros nostros, & in humana iura (di-  
uina dicere cum eis debebā) scribentes crepant. Ex Ca-  
nonicis libris raro aliqua in medium afferunt, atq; illa  
non raro adulterata, & in diuersum sensum detorta.  
Hi etiam audiendorum criminum artem/a clauē scien-  
tiæ diuersam p̄fitētur. Artem hanc nobis felicia illa in-  
genia parturierunt, ne frustra interea multi optimi au-  
thores interirent, Ars hæc nobis confessionalia, libel-

## PRIMA PARS

los de puritate consciētiae/lauacra/sermōnes uarios/ex  
Summistis collectanea, repetitiōes sup c. Oīs utriusq;  
sexus, manualia curatorū p̄tulit. Mirū qđ bellulā hanc  
Calliope uenustiorē, Vrania excelsiorē, Clio celebri-  
orem, in chorū suū Musę recipe nō sunt dignatę. Heu  
qđ uerbū excidit, artē dixi. Itaq; ego caula ferme exci-  
di. Arte hic opus est, & ea quā cōcionatores qđam satis  
uerbosi, intra quadraginta dies uix eloqui p̄ dignitate  
potuerunt. Quis nūc dubitet onerosam confessionē?  
Quō nunc illiteratis p̄sua debo nō grauē Confessionē  
ad quā tāta arte opus? Sed ualeant hi oēs cū suis libris  
& liberis, artib. & technis, ualeant, & q̄ merent̄ abeant.  
Nos haud erimus tam abiecto animo, tamq; crassa sim-  
plicitate, ut quicqđ e suggestu aut cathedra quisq; de-  
tonuerit, cōtinuo irrephensibile & diuino spiritu dictū  
credam⁹. Vt hoīes sunt, subinde humana patiunt̄, sub-  
inde p̄ suis affectib. loquunt̄. Interim usi indoctis p̄-  
ceptorib. sicut didicerunt, ita male docent, interim con-  
trario spiritu agitātur, aut suis ingenijs quiddā commi-  
niscuntur. Sæpe minus sobria, sæpe <sup>etiam</sup> ~~etiam~~ sæpe ri-  
dicula, sæpe Euangelio aduersa blaeterant. Quid no-  
bis miserius, si in mentē induxerimus tam diuersa p̄-  
cipientibus p̄ singula parendū? Quantā oportebit ma-  
ris esse placiditatem, ut absq; naufragio salui euadam⁹.  
ubi ebris gubernatoribus carinam nostrā / quā nullis  
acti tempestatibus in asperas cautes dirigūt ac impin-  
gunt, crediderim⁹? An nō & nos qui cæcos in p̄ceps  
sele de præruptis & summis montibus mittentes se

## CONFESSIO

quimur, una cum ipsis perire necesse est? Sed dices,  
a domino dictum. Sup cathedram moysi sederunt scri- (Math 23, 2)  
bæ & pharisæi, sequundum omnia quæ dixerint uo-  
bis facere, facite, sequundum opera eorum ne faciatis.  
Non credamus, Christum his uerbis, ita stabiliuisse au-  
thoritatem eorum, qui tunc super cathedram Moysi  
sedebant, uel nunc super suam sedent, ut quicquid ex la-  
bijs eorū progredere, sanctū fore ac inuiolabile. An  
non Pharisæi erant, qui dicebant. Qui iurat per Tem- Math. 5. f.  
plum, nihil est, qui aut iurauerit per aurū Templi, reus  
est. Attamen inerepantur a domino. An nō scribæ dice-  
bant? Quicunq; dixerit patri aut matri, quicquid doni  
a me profecturum erat, id in tuum uertitur commo-  
dum, & non honorabit patrem suum, aut matrem suā.  
Et obiurgantur, quod propter traditionem suam irri-  
tum fecerunt præceptū domini? An non illi ipsi clama-  
bant, Iesum innocentissimum reum mortis / cōstanter  
accusabant in multis, falsa ferebant testimonia, creden-  
tes in Christum, e synagoga eijciendos pronunciarunt.  
Atqui eorum decretis nemo absq; participatu scelera-  
tissimi homicidij paruit. Verum tunc super thronum nō  
Moysi nō sedebant, quia iuxta mentem Moysi nō doce-  
bant. Neq; hodie super Cathedram Christi sedent,  
nisi qui Euangelicæ doctrinæ consona præcipiunt.  
Iam enim Christus eodem loco manifeste arguit eos  
animorum Magistros, qui iniuste uiuentes / crudeli-  
ter & absq; omni misericordia, nō pensatis auditorum  
uiribus, maiora quam uirtutes ipsorum ferant, iniun-



## CONFESSIONIS.

quibus nō curabantur/expendent, quam salutis erunt  
compotes, ut de hæmorrhœa apud Lucam legitur.  
Itaq; nihil ad nos quicquid pharisæorū filij cōminiscā-  
tur & somnient. Fabulatiōes em̄ nobis narrant, imo fo-  
derunt nobis foueas (sicut Dauid canit) sed nō sequun-  
dum legē dñi. Sinamus eos. Ad quos ergo eundū?  
Si fimbriam Christi tetigerimus, confestim melius no-  
bis erit, sed ut ad Christum nobis pateat aditus, cum  
Chananæa in clamandi sunt Apostoli. Qui uiri miseri-  
cordes, nullas nisi facile portabiles alligabunt sarcinas,  
Viuat adhuc nobiscum Christus, etiamsi in sup̄cœlesti  
throno cōsīdat. Agunt etiānum nobiscū Apostoli nē-  
pe qui euangeliā doctrinā pure annūciāt, neq; alijs  
quam suauib. & accomodis sacrae scripturę testimonio-  
rum uinculis iniungūt onera. Quid inquā onera? alas  
nobis annecti rectius dixerim quā onera, aut certe re-  
ctius onus quā onera. Onus inquā illud suauē. Iesum  
nostrū quē quisquis in pectore gerit, nulla corpis mo-  
le præpediri, deprimiue poterit, quin ultra cœlos oēs  
transuolet. Gratig Christo/cum multis sæculis/illorū  
tyrannide, magna Christiani orbis pars oppressa fuerit  
tenebris, nūc tamē renascentib. sinceriorib. studijs, fren-  
descant licet psychotyranii illi & tabescant, una clarius  
liberiusq; se aperire lux ueritatis incipit. Et quantum  
nostræ farinae seruit, habes Lutheri nostri Theologi,  
ægregiam/pureq; Christianam inadulabili zelo eru-  
ditionem iungentis libellos aliquot de confessione, la-  
tino/germanicoq; idiomate disseminatos, quorū substi

C

## PRIMA PARS

dio conscientiam tuam exonerare poteris. Neque te abster-  
 reat, quorundam publicorum gymnasiarum sententia, quae  
 eos igni cremandos iudicarunt. Nam quanta prudentia,  
 diligentiaque rem agunt, *οὐκ ἔστιν ἄλλο τι*. Aliud est ui, aliud  
 sapientia rem geri. Quis enim ille qui nos coget, non se-  
 ctari uera, animisque salutaria? Coeterum uti Lutherianae  
 lucubratiunculae, praesertim in hac causa non parum mihi ar-  
 ridet, ita Scholasticorum Doctorum opera non pro omnia improbo.  
 Quis, nisi tam miser scriptor, quaeaberret in omnibus? quis tam felix  
 quae nusquam dormitet? Sunt etiam in hoc genere alij magis ca-  
 didi, alij minus, sed uix aliquis ita candidus, quin plus mi-  
 nusue quam par sit iniungat. Quod si cui prospere apud ipsos  
 successerit, congratulabor illi & ego. Mallent tamen e fontibus  
 saluatoris aquas in gaudio hauriri. Et de his nunc fatis.

**N**E grauet Confessio, curandum sequundo, ne  
 ipse tibi ruinas sis author. Ex te periculosius dis-  
 crimine est, Carnifices illos conscientiarum de-  
 clinare potes, fugere potes. Si fugere dedignaris, potes  
 obturatis auribus non audire, potes audiendo contem-  
 nere. Quod si tibi grauis esse coeperis, non est quo fugi-  
 as, surdus te audies, tacens tibi imperabis. Si tibi impos-  
 nant ista, est quod querere, est quod te uenia faciat di-  
 gnum. Sin te ipsum perdis, quem tuam mouebunt que-  
 rimoniae: cui te conciliabunt uanae lacrymae: pigri enim non  
 sunt. Et sunt ne ais ulli, tanta supinitate ueracordes, qui cum  
 oneribus ad obruti, nec incedere, nec subsistere ualent, alijs  
 sponte assumptis fascibus se praegrant. Nec autem igitur sibi tam  
 male propicij sunt, ideo enim sibi mortem consciscunt.

## CONFESSIO.

nō ut maioribus malis se inijciant, sed ut e maiorib⁹ se  
se hac uia eripiant, quādoquidē aliam qua euadant, nō  
uident, & hi molestijs priorib. sopiēdis impares, ultro  
nouas admittūt. Profecto sunt eiusmodi, & longe plu-  
rimi. Quid em̄ aliud faciūt peccatores ferme oēs, cum  
nulla afficiunt poenitudīe, cū nullis parent cōsilijs, imo  
oderūt & bonos cōsiliarios, & bona cōsilia, a uitijs nec  
pudore, nec metu abstinent, concupiscētes sese absq; oī  
freno pmittunt, & peccata peccatis accumulāt. Quid  
inquā tum faciūt: quā quod onera oneribus supimpo-  
nunt, de quib. Propheta ait. Et sicut onus graue & grauate  
sunt super me. Perditos illos, quādiu tales pseuerant,  
frustra cōpellaremus. Gloriantur in malicia, quō igitur  
pctā agnoscat. Aures ad uocē sapiēter incātantiu obtu-  
rant, qd ex eis spei. Spiritui sc̄to obnitunt, quē audient.  
Siue leuis, siue onerosa fuerit cōfessio, sp̄ ipsis erit mole-  
sta. Itaq; incurabiles, & q nec manū/nec uocē medici fe-  
runt, sibi reliquant. Nos alijs loquemur nondū ita des-  
ploratis, q̄s uolētes delicta sua fateri, uel pplexitas men-  
tis, uel paruitas q̄dam et tristitia, uel immodicus pudor,  
uel quod saepe contingit om̄ia hęc simul, aut nō sinunt,  
aut ægre sinūt. Formidabilis em̄ eis nō alio, q̄ suo ui-  
tio apparet cōfessio. Trepidant em̄ ubi nō est trepidan-  
dū, in singulis uerētes, ne min⁹ dilucide, minusue satis  
exponant, magis solliciti, ne quid recēsendo pretermi-  
tant, q̄ quo pacto uitā bonis opibus uacādo innouēt, a  
facie hominū ut leonis cōtremiscūt, tam immodica moe-  
sticia nōnunq; absorbent, ut & uitalis spiritus tedeat.

C ij

## PRIMA PARS

se inñt, obliuisci nequit. Tu modo excelsis & infractis animo. Ita enim pariter pudorem & tristitiam & pusillanimitatem expugnabis. Si aduersum te consistat omnis homo, omnis creatura inquam, non timendum, cum deus sit omnia, creatura autem uanitati subiecta est & mendax. Tanrum abest, ut unius & alterius faciem fortasse multo tibi, peioris pertimescere debeas, id quod in enarrandis delictis grauissimū. In summa, si Christus spes nostra est, non respiciemus, non salutabimus aliquem in itinere, nō subsistemus, sed cursu, sed uolatu præpeti ad ipsum contendem⁹.

Nihil etiam ad cōscientiæ scrupulos eijciendos tantum conducit, atq; firma in deum fiducia. Statim enim qui ita irrequietus incipiet floccifacere tanq; parum / uel nihil ad se pertinentia, plerq; quæ paulo antea tanquam horrenda pueriliter metuebat. Non enim fieri potest, ut in æternum fluctuet, & confundatur, qui se ita totum diuino submisit arbitrio, ut ex solo illius pendeat nutu. Ultra non ingredietur per uiam, quæ multitudinem populorum ducit ad interitum, nec qualiumcūq; consuetudinū ligabitur uinculis, nec supersticiosorum audiet deliramēta, sed die ac nocte secū meditabitur, quomodo legem dñi adimpleat. Aqua potissimum consilia petet, & a sacerdotibus non quibusuis, sed quorum guttur meditatur sapientiam, & lingua loquitur iudiciū. Sed nec alia uitæ exempla, quam Christum ipsum & Apostolos, eorūq; uirtutes præ se ferē-

## CONFESSIONIS.

res, imitanda sibi præstituet, interea nihil omittens, quæ a pio desiderari queat. Prudenter humilis, humiliter iustus, iuste pius erit. Nec propterea se iustificabit pro sancto uenditans, sed uerebitur omnia opera sua, etiam iusta / de quibus uiribus suis omnino desperans, e profundis tribulationum fidēter clamabit ad dominum, certus se nec in medijs hostiū agminibus derelictū iri.

Quid nunc conquerimur? quem nunc inculamus? cuius nunc culpa onerati sumus? Num alterius quam nostra? An etiam hoc pudet confiteri? Et hæc de fugiendis animorum tortoribus, & pusillanimitate deponenda sufficiunt. Nunc de peccatorum ratione, ac discrimine etiam aliqua præmittere non minus operę precium fuerit. Igitur peccatū / aberratio est a lege æterna, quæ est ipsemet deus. Conditus enim homo ad imaginem dei, & a deo ipso, tanti exemplaris & opificis longe pulcherrimam speciem sibi impressam, modis omnibus seruare debet incoinquinatā, & excolere honestamentis uirtutum quaruncumque capax fuerit, ut quanta potest puritate respondeat exemplari suo, Deo scilicet, quod illi legis loco est. Deus enim nostra summa / perfecta / sancta que lex est. Quæ enim lex præstantior / quæ ipsamet sapientia æterna? quæ solidior / quam ipsamet ueritas? quæ iustior / quam iusticia ipsa? quæ denique sanctior / quam sanctimonia ipsa? In hac enim lege uersetur animus noster. Et in hac lege medietur die ac nocte. Hac uero lege frenentur omnes

## PRIMA PARS

nostri affectus, emendentur mores, in nouetur uita, in hanc intendamus uigilantes, in hac quiescamus dormientes, imo hæc uigilantes quietos, dormientes reddat uigiles. Hæc legem carnis mortificet, hæc leges alias omnes corrigat, imo hæc legibus oibus nos eximat. Hæc nos perfectos/liberos/sanctos/denique filios dei faciat, adeo ut nihil amemus, nisi quod et quatenus deo gratum est, nihil odio habeamus, nisi quod & quatenus deo abominabile est. Eminens quidem hæc lex est, et pauci, quos æquus amauit Iuppiter, ut ita dicam, eam apprehendunt. Ad eam tamen nos instituit Christus dicens. Estote ergo perfecti, sicut perfectus est, pater uester qui est in caelis. Et in Leuitico præcipitur. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et Paulus Ephesius scribit. Estote imitatores dei sicut filii charissimi. Quibus plane ad diuinas uirtutes, puocamur, puritatem scilicet ac charitatem, per quas capitales inimicos diligere, & tribulationes qualuis propter nomen domini læti excipere discamus. Nemo hic ob exulem humanarum mentium captum pretextat, quod lex ista ut summa, ita sit & ignotissima, quod nullus adhuc perdidit, qui deum nobis digne definiert. Obstruatur os iniqua loquentis. Ipsam hanc legem, Vniuersus qui est in sinu patris enarrauit, & cognobilem fecit. Deus qui Atheniensibus. *ἄγνος* erat, a Paulo prædicatus est. Et ne etiam hic digrediamur, uis paucissimis deum, ut in lege tibi proponit agnoscere, audi Theologum **DEVS CHARITAS EST.** Reliquum ignorare non potes, nempe, quid in se complectatur charitas, quam

Coler  
Arab

## CONFESSIO. NIS.

accendat in amorem conditoris: quantum nos fratru  
usui & saluti obliget: quam nihil in hoie reliquat, quod  
non reddat deo: Itaq; quancuncq; a summa lege  
hac/uel multum/uel parum deflectimus, mens nostra/  
uel turpatur, uel obnubilatur. Atq; adeo ratum est mo-  
mentum, quo non peccemus, quandiu has luteas do-  
mos inhabitamus. Quotusquisq; em̄ in hoc corpe cō-  
stitutus, tam beatus est, ut uel ad punctū ad tantæ glo-  
riæ cōtemplationē rapiat. Et quādiu incolē sumus hu-  
ius Cedar, quæ nostra opera tam pura, quib. nō multū  
puritatis accedere ualeat, uel quæ nequeant esse defe-  
catoria, si ad hāc legem corrigantur. Quare apud Esaiā  
scite, oēs immundi appellamur, & iusticiæ nostræ pan-  
no mulieris menstruatae comparātur. Ab hac lege/  
etiā peccatorū distinctiōes petam̄s. Nam unusquisq;  
quo magis uel minus ab ea declinat, hoc graui⁹/aut le-  
uius delinquit. Sic in tria genera partiri queunt peccata  
quantū ad id instituti spectāt. Sunt enim/quæ facile ue-  
niam merētur, propter quæ diuina misericordia eterne  
damnatiōi hominē nō adiudicat. Vnde & uenialia uo-  
camus. Sunt alia & re & nomie mortifera, tametsi coti-  
diana & admodū familiaria. Grauiā sane merent sup-  
plicia, quæ nōnunq; p̄ misericordiā dei remittunt, non  
nunq; per iusticiā irrogantur. Postremo sunt crimina,  
grauioraq; flagitia, p̄pter quæ quis ab ecclesiastico se-  
culariue iudice puniri debet, etiā ipsa mortifera.  
Multum sudatur in Scholis, & ab auditoribus confessi-  
onum, quo modo inter hęc uelut lepram & lepram in

D

Cedar Regis  
Arabie

## PRIMA PARS

ternoscant. Coeterum sunt, qui cum diu ac multum sese torserint, destituti claue sciētiæ, & nihil adiuti a confessionalibus suarū arte confitendi, fatētur tandem confusiora esse, quā quę discerni certo possint. Interea quid mirum est, si onerosior cuiuspiam fiat Confessio, p̄inde & de his dicemus, ut si desint sacerdotes, iudicem⁹ nos metipsos. Discernamus igitur ea in hunc modum. Venialia iustorū sunt, qui licet ad dñm faciem suā conuertant, imo a domino respiciant, & lumine gratiæ affulgente illustrent, anxieq; mandata eius obseruent, fide ita solidi, ut miracula operentur, spe ita hylares, ut patrimonium omne in eleemosynas disperiant. Charitate ita feruentes, ut ignominijs & opprobrijs gaudeāt, & ad tormenta p̄ nomīe Christi sua sponte p̄siliant, & quātuncunq; deum attendant, a summa tamen perfectiōe quam assequi possent, non parum abscedunt, dum quadam necessitate naturæ, obnubila tantum & obiecta facie, & incōpositis moribus uident, nullasq; nisi inconsummatas uirtutes operantur, ut taceatur interim infecta illa cogitationum p̄miscuarum agmina subinde incursionem facientia, dissimulentur insidiæ cænodoxiæ passim incautos ad orientis & prætereantur tantæ in bonis operibus difficultates, inuitabilesq; obliuionis ac ignorantiaē necessitates, atq; alia multa. Neq; hic locum habet, quod aiunt Philosophi, peccatum a deo uoluntarium esse, ut peccatum esse incipere nequeat, si nō sit uoluntariū. Cōtradicit em̄ manifeste Paulus, ingemiscens & dicēs, Nā uelle adiacet mihi, p̄ficere autē non

## CONFESSIO. NIS.

inuenio. Non em̄ quod uolo bonū hoc inuenio, sed quod  
odi malū hoc ago. Has equidem spinas & tribulos tel-  
lus nostra, quamuis operose culta profert semper, nec  
cessat seditiosus Iebusæus intra nos tumultuari.

Quis ergo gloriabitur se castum habere cor? aut quis  
fiduciam habebit se mundum a peccato? Profecto nō  
est iustus homo super terram, qui faciat bonum & nō  
peccet. Quæ nō mea, sed Ecclesiastis sunt uerba. Quo  
circa nemo ad immaculatam sanctimoniam posse per-  
tingere sibi persuadeat, donec Christus expugnatis ho-  
stibus omnibus, triumphum de principatibus & pote-  
statibus agat, positisque ipis in scabellum pedum suorum,  
regnū tradat deo & patri, idque in nobis. Quin & impro-  
prias locutiones de deo, quales sunt omnes, tametsi  
absque ipsis diuina neque capere, neque tradere possuimus,  
ueteres blasphemiam uicinas reputabāt. Quo sensu Gre-  
gorius Theologus inquit. Fert & nūc Christus dum  
lapidatur, non modo ab insultantibus inimicis, sed a no-  
bis ipsis, qui patris nobis uidemur. Fortassis enim de in-  
corporeis loqui, & corporum uti nominibus, Lapidare  
est & offendere. Sed iterum imbecillitati ueniam  
precor. Verum lapidamus non ultro, cum aliud quod  
loquamur non suppetit. Vnde te uocamus sermonem,  
cum plusque sermo sis. Quæ uerba in sacris æque pura  
ut sunt illa uerbum sermo filius splendor & cœtera quæ  
cōmemorat. fieri potest, ut his nō parum offendas tan-  
quā min⁹ puris. Quid igitur hō habet deo dignū? quid  
quod peccato uacet? Vnus est de quo legimus, qui peccatū nō

D ij

## PRIMA PARS

fecit, & in cuius ore nō est inuētus dolus, Christus scia-  
 licet qui tulit peccatū mundi, qui nisi totos nos posse-  
 derit, & in nobis regnauerit, peccare nō cessamus. Atq;  
 in hoc pētōre genere, quod magis miseriae q̄ maligni-  
 tatis speciem gerit, clemēter nobiscum agit diuina mise-  
 ricordia. Nam quādoquidē ad ipsum, uel qualiter cūq;  
 respicimus, nō solum nō punit, sed nec mercedē dene-  
 gat bonorū quib. hęc adhærēt, licet iuste possit. Quin  
 & plæraq; in suo genere mala, cōducibilia fiunt, ut ubi  
 abundarit malicia, supabūdet gratia. Et singulari dispē-  
 satione manifestaria flagitia in uirtutes cōmutantur, ut  
 fornicatio Osee / furta Israelitarum / quādo imposuerūt  
 Ægyptiis, homicidia Phinees & Leuitarū, qui pdide-  
 runt fratres idola colentes, in iusticiā & sanctificatio-  
 nem reputātur. Magnopere tñ cauendū, ne festucę  
 illæ negligātur, nam si non displicuerint, & cottidiana  
 emendatione fuerint eiecta, haud remanebūt inultæ.  
 Subducet em̄ dominus gratiā, & imminuetur charitas,  
 breuiq; p festucis ligna & trabes incēdij materiæ appa-  
 rebunt. Mortifera autē pētā sunt, eorū qui nō tam lu-  
 cem q̄ tenebras diligunt, creaturas sectātur, deo tergū  
 obuertunt. Om̄ino contrarij superiorib. Illi enim deū  
 licet opta facie uident, hi uero aperta / uanitatē spectant,  
 deum nerespicientes quidem. Id quod rationali creatu-  
 ræ mortem affert semp. Atqui pene nuncq; nō hoc agi-  
 mus. Tam uitiata em̄ est natura nostra, ut ppetuo uani-  
 tatem captet, nisi p̄siede Christi gratia regat. Mirum  
 unde supbia, & gloriatio nostra: cum per singulas ho-

## CONFESSIO. NIS.

ras, mille poenas, mille mortes, mille barathra mereamur. Sed quid mirum: hæc ut pleracq; uitia alia, doctorum adulationi magna ex parte debemus, quod rudes auditores infatuent, facientes ex musca Elephantem, & ex Elephante muscam, dicentes ueniales diuinorum præceptorum transgressiones, quæ lethiferae sunt, & contra, præuaricationes humanarum traditionum minime lethiferas, uix ueniam mereri censent. Cæterum mea sententia, utile ac consultum fuerit, ut suam quis a deo ad creaturam auersionem semper inter mortifera numeret. Nec est, quod fragilitatem prætexamus. Pensandum enim magis, a quanto bono quis excidat, quam quod infirmam carnem gerat. Non potest non esse malus, qui ultro quod in hoc peccatorum genere contingit a fonte omnis bonitatis aberrat. Idolum tuum est, quicquid neglecto deo obseruas & adoras, siue sit ueter, siue peculiū, siue gloriæ fucus. Quod si idolum colis, quomodo parum malus eris? An peccat, qui Marti sacra facit, qui bella gerit iniusta, & manus coinquinat sanguine, non peccat? An Venerem colens peccat? Scortum publicum non peccat? Et ueniale dicemus eiusmodi sordidari cogitationibus? Patres quidam spirituales, fornicationis & adulterij loco habebant, & deplorabant, quoties a contemplatione dei recidissent, & aduersum hanc legem æternam minimum quiddam commisissent. Conferebant item & Nicolaitarum doctrinæ, de qua diuus Ioannes cum Episcopo Pergami exostulabat, quod haberet apud se tenentes doctrinam Balaam, qui docebat in Balak mittere offendi

## PRIMA PARS

culū coram filijs Israel, edere ex his quæ simulacris im-  
molātur & fornicari. Etenim mens nostra nata ad pro-  
phetiam & diuinam contemplationē, fit Balaam hoc  
est deuastratrix populi bonarum cogitationum, dum  
reclamante a sine conscientia uadit doctura, in Balack  
mittendum scandalum, fornicandū, & idolothyra edē-  
da. Quæ comestiones & scortationes recte intelli-  
gi possunt illicitę mētis in externis euagatiōibus occupa-  
tiones. Nec hoc impune erit, aduersus eū sic aberrātes  
minat se dñs uenturū in gladio oris sui. Et q̄ alio quā  
ad mortē digredimur, ubi a uita secedimus. Dina uir-  
ginitatem amisit, cum ad alienigenas mulieres spectā-  
das transiret. Daud in solario cōtemplatiōis deorsum  
spectans, in quantam deuenit impietatem. Esto au-  
tem minora sint peccata nostra, quam ut ea dominus,  
qui scit figmentum nostrum, ad mortem imputare ue-  
lit, quia tamen eiusmodi sunt, propter quę ad interne-  
cionem ęternam possimus condemnari, nobisq̄ incer-  
tum/qualem sortituri simus iudicem, formidanda pla-  
ne sunt & deploranda, ne mortifera fiant, quę esse pos-  
sunt. In tantis periculis non est in urranq̄ aurem dor-  
miendum, ut est puerbium. Magis credendum iudici  
Christo interminanti, quā adulatori blandiēti. Vbi du-  
rus est iudex, suspectę merito sunt omniū aliorū cōso-  
lationes. Atqui nō contemnenda est seueritas clemen-  
tissimi Christi. Equidē per quā multa sunt a quibusdā  
nullius momēti habita, quę tñ Christus censoria auste-  
ritate taxat. Age, proferamus hic aliqua.

## CONFESSIO. NIS.

Nisi ad paruuli innocentiam rediero, interdictum mihi regnum celorum. Nisi perseueranter excubias seruauero, uerendum, ne aut uocante sponso nondum paratus sim, aut cum discipulis ingrediar tentationem, aut inimicum hominem zizania interseminet, aut fur domo profossa, thesauros longo tempore collectos, breui momento auferat. Nisi iusticia mea abundantior fuerit quam scribarum & pharisaeorum, non patebit mihi regnum celorum. Itaque si suspicax, si in iudicando fratre superciliosior, si quod forinsecus est ceremoniarum quibusdam ad ornem, quod interius est animi, negligam. Si humanam gloriam affectem, iudicabor et ego cum pharisaeis. Si ieiunem, disperiam elemosynas, dicam precibus, ut ab hominibus laudem, mercedem aliam non expectabo. Si quid amplius in sermone fuerit, quam est, non est, id omne a malo est. Si resistero affligenti, si non probuero maxillam alteram cedenti dexteram, si pro inimicis non orauero, si de crastino sollicitus fuero, nihil mihi amplius polliceri potero, quam Ethnicus. Si quod misericordiarum permiserim, si petenti etiam inimico aliquid denegauero, immisericors & illiberalis erga me erit & Christus. Si cui paruulorum fuero offendiculum, satius mihi foret, mola asinaria in collum meum suspensa demergi in profundum maris. Si talentum meum non posuero ad usuram, iudicabor non ad fodienda metalla, sed ad tenebras exteriores, & eo, ubi est fletus & stridor dentium. Irascor fratri presso est intra me furor, reus sum iudicio. Titillationem concupiscentiae sentit oculus, inuoluptus sum. Amo parentes aut quoscunque amicorum supra Christum. Amo me ipsum equaliter cum Christo, etiam non plus quam Christum, non sum

## PRIMA PARS

eo dignus. Si nō tulerō crucē meam, & sequor Christū  
 nō sum eo dignus. Denicq̄ si non pdidero animā meā,  
 nō saluabo eam. Hęc esse Euāgelica inficias ire haud  
 possunt, sed quod negare nequeunt, ut libet interpretā  
 tur, & consulta aiunt nō pręcepta. Verum cum tot mi  
 nę adhibite sint, & ab ipso ueracissimo Christo pmul  
 gata, quid tergiuersamur: quid ea paruipendimus tan  
 quam nihil ad nos attineant: Si minę nihil ad nos, for  
 te & mandata minus curanda. Aut non satis minarę in  
 gredi in tentationem, pdesse monophthalmian, pdel  
 se monochirian, prodesse submersiōē, reum fieri iu  
 dicij, reum fieri conciliij, nihilo meliorem esse gentilibꝰ,  
 parem Phariseis, indignū Christo, excludē dum regno  
 coelrū, enęciendū in tenebras exteriores: Et quis gra  
 uiores diras posset excogitare. Nos tñ qa cottidiana nra  
 uitia sunt, parua credimꝰ, & uenialia cęsemꝰ. Quid qđ  
 q̄si uirtutes, & aliquotta pars pietatis hñtur: Reputat  
 aut imprudēs, q̄ nō sollicitus est de crastino. Decoctor  
 q̄ nō Thesaurizat nepotulis. Iners & pavidus, q̄ nō re  
 pcutit hostē. Inepus q̄ nō κερδοξος & arrogās. Stupi  
 dus / qui simplex. Denicq̄ ne multis / stultus & delirus,  
 cuicunq̄ diuina sapiunt. Atque tam exigua a deo ad  
 creaturas auersio, a qua in prędictis Christus graui in  
 terminatione nō deterreat. Quare ergo nō dicemus eā  
 nomine quo formidanda est lethiferam. Plaltes noster  
 signāter ait. Maledicti qui declināt a mandatis tuis, &  
 Spreuisti omēs discedentes a iusticijs tuis. Nō ait, qui  
 multum recedunt, maledicti sunt, sed qui uel parū de

## CONFESSIO. NIS.

flexerunt a iusticia. Præterea quâuis peccata hæc ut dixi, cauenda sint, multūq; metuenda, nō propterea tñ omnia asseruerim paria. Alia fert deus patienter & lōganimitèr, & licet poena sint digna, cōdonat tamen, alia grauiter ut merentur plectit. Inter hæc discernere, non est tutū, sæpe ex magna ruina aliqui resurgunt, & quadruanus Lazarus ad uitam misericorditer reducit, sæpe qui modico ut uideretur lapsu conciderunt, male pereunt. Proinde nobis omnia sunt metuenda, fugienda, deflenda. Nulla em̄ parua uideri debēt, quæ tantis supplicijs puniēda Christus censuit. Confidendū tñ bene, si ea fidem/spem/& charitatem nō tollunt, nec p̄ impenitentia siūt p̄petua. Charitas em̄ multitudinē operit peccatorū. Spes nō confundit. Aduersus fidem portæ inferi nō præualent. De fide pene omnis attestatur scriptura, præsertim Euangeliū Ioannis, apud quē Nicodemo ait Christus. Sic dilexit deus mundū, ut filiū suū unigenitū daret, ut oīs qui credit in eū, nō pereat, sed habeat uitam æternā. Et paulopost. Qui credit in eum, nō iudicat, qui autē nō credit, iam iudicatus est. Marthæ uero dicit. Qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, uiuet, & oīs qui uiuit & credit in me, non moriet̄ in æternū. Quā pestilens em̄ est incredulitas, tam uiuifica est fides, illa, nulla nō opa facit mortifera, quālibet parua, addo etiā quālibet sancta uideātur, eo quod infidelis animę arbor, nullos nisi acerbos fructus profert. Vnde & Paulus ait. Om̄e qđ nō ex fide est, p̄t̄m̄ est, Hęc uero nulla opera sinit esse mortifera. Hoc & apud

E

## PRIMA PARS

Matthæum euāgelistam discimus. Est em̄, qui cadit & impingit in lapidem offensionis Iesum Christum, & confringitur, reparabilis tamē poenitētia, & is est fidelis. cadit em̄ iustus in die septies, & iterū resurgit. spes est si in die cadim⁹, at in nocte nemo poterit opari. Est alius, sup̄ quē lapis idem ruit, & mole iudicij & furoris sui ita cōterit, ne cōponi restituiue possit unq̄, & is infidelis est. Est qui extruit domū suā sup̄ petrā fidei, quæ neq̄ tentationū flatibus, neq̄ concupiscentiarū fluxib, subuertit. Est alius, qui sup̄ harenā uanæ & incredulæ mentis suę domū fundat, uerum ea neq̄ turbinū, neq̄ fluctuū sustinebit impetus. Licet etiā de spe & charitate dicere, quod nullis aut tribulationū, aut peccatorum aquis extinguat. Nondum fortasse tibi satisfactum, ignorasq̄ adhuc quod nam pct̄m lethiferum reputes. quandoquidē eque ignores, num uere diligas, credas, & speres, ac illud ipsum de q̄ agitur. Atqui illud minime dubitare, nedum ignorare oportebat. Virtutes em̄ illæ nemini ita conceduntur, ut si se introspiciat, eas nō agnoscat e suisue operib, nō sentiat. En nō potes ignorare, quid de familiari aliq̄ opineris, quā ei fidas, quid ab ipso in piculis expectes, quid ipsius noīe factur⁹, quid omissurus sis, tametsi modū uel fidei/uel amoris/quantus sit, nō habeas cōpertū. Quo pacto ergo te latebit, q̄lis in deū sis, num de ipso bñ sentias, num spem oēm in ip̄m colles, num ip̄m toto corde ames. Si Christū deū & saluatorē tuū esse uere credideris, minime ociosa erit ea fides, breui ad summa opa te extimulabit. Fieri

## CONFESSIO

nō pōt ut torpescas, mō nō sis incredulus. Non quidē  
simplicit̄ inq̄ ut credas q̄si res nihil ad te ptineāt, refert  
sane plurim̄ quō credas. Turcā ignotū mortuū audis,  
credis dicenti, uerū q̄a tua nihil interesse putas ea causa  
neq̄ lacrymas fundis, neq̄ ingemiscis. Idē ubi de ami-  
co ēt uano rumore p̄sualum tibi fuerit, cōfestim mouē-  
tur uiscera, turbātur uultus, erūpunt lacrymæ. Incendiū  
alicubi ortū audis, licet credas narranti, nō turbaris, nō  
aduolas, nō in clamas alios, eo q̄d nō sit res tua. Sin tuā  
domū flagrare intelligas, & succurri posse speras, nihil  
omittes q̄d factō opus. Ita semp̄ ea q̄ fidei sunt, quādiu  
tanq̄ aliena accipiunt̄, in contēptū abeunt, hoīemq̄ si-  
bi silem reliquūt, nihilq̄ meliores incredulis euadūt  
credentes. Fides nec in demonib. oīno feriat̄, nam q̄d  
credūt aduētū Ch̄i tormēta sua accelerari, mirū in mo-  
dū cōtremiscūt, & tremētes obediunt, uerū q̄a nihil cō-  
modi sua fide accrescere certi sūt, neq̄ p̄ientiores neq̄  
letiores, neq̄ in minimo fiunt emendatiores. Nos autē  
si firmiter anō destinemus, Christū p̄ctōrum nostrorū  
esse p̄piciatorē. nobis poenitētib. reueratū cōelū, nobis  
imp̄penitētib. aptum infernū, urgebimur multo secius  
q̄ anteā reb. nr̄is cōsulere. Sperabimus nos ueniā p̄ctis  
nostris minime debitā, benignitate Ch̄i assequuturos  
& in amorē tāti patris exardescem⁹. Tū sp̄s ipse testi-  
moniū dabit, nos in filios dei adoptatos, p̄ Christū co-  
heredes fore. Et certa indicia sūt p̄fecti fidelis, & Abra-  
centesimū annū agentis, si Isaac filius risus nobis nascat̄  
si eloquia dñi fuerint t̄ faucibus dulcia, & aurib. iucūda, si

## PRIMA PARS

gaudeam<sup>9</sup> in dño, p̄sertim tpe tentatiōis, si nihil p̄terq̄  
peccata nostra lugeamus. Vides qd faciat fides. At tua  
tibi parua uideat, ora igit, ut adolescat, poterit em̄ quo  
ad uixeris, p̄fici. Ea tamen quātula cunq̄ est, uere te p̄ce  
nitere faciet, poteris itaq̄ ex ope suo ip̄am dignoscere,  
& deinde inter peccata iudicare. Qui em̄ p̄leuerat in  
delictis suis, scd̄m duriciam suam, & cor impoenitens  
thesaurizans sibi iram in die ire, & reuelatiōis iusti iudi  
cij dei, illius ficta est exterior p̄nitētia, ficta est & inte  
rior fides. Sola tandē infidelis impoenitentia est q̄ de  
claret peccatum esse ad mortem, quod irremissibile, &  
quod Christus eterna morte condemnabit. De quo s.  
Ioannes in Epistola dicit esse peccatū ad mortem, pro  
quo nō orandum. Et pro eo ne oraret etiā Hieremias  
monetur a domino dicente. Cum ieiunauerint nō ex  
audiam preces eorum, & si obtulerint holocaustomata  
& uictimas, nō suscipiam eas. Vbi Hieronymus colli  
git, Ieiunia & preces, & uictimas tunc p̄ficere cū recedi  
mus a uitijs, & flemus antiqua peccata, quod si in scele  
ribus manemus, uehemēter erramus, iniquum putātes  
deum. Apud Esaiam idem minatur dominus. Et uoca  
bit ait Propheta, dominus deus exercituū in die illa ad  
fletum, & ad planctum, & ad caluiciū, & ad cingulum  
sacci, & ecce gaudium & læticia, occidere uitulos, & iu  
gulare arietes, comedere carnes, & bibere uinū, come  
damus & bibamus, crās em̄ moriemur, & est reuelata  
in auribus meis domini exercituū. Si dimittet hęc ini  
quitas uobis, donec moriamini, dicit dñs exercituum.

## CONFESSIO. NIS.

Apud Amos trero ait. Super tribus scelerib<sup>9</sup> Damasci,  
& super quattuor nō conuertam<sup>9</sup> eum. Quartum autē  
est impoenitētia. Nam ut idem Hieronymus adnotat,  
Primū est cogitasse quæ mala sunt, animo aduerte co-  
gitationes malas inter scelera cōmemorat. Secundū, co-  
gitatiōibus acquiesse pueris. Tertiū, quod mente de-  
creueris, opere cōplere. Quartū, post peccatū non age-  
re poenitentiā. Ex his paucis habe oīa peccata, quib. reli-  
cto deo, ad uidendā uanitatē cōuertimus oculos, nō  
solum posse iudicari, sed etiam iudicari ad mortem, ni-  
si fide & poenitētia deleantur. Demū indubitatum tibi  
sit diuinā iusticiam minutiora peccata quæ cōtemnūtur  
grauiter ulcisci, grandiorum autē super quib. poeniten-  
tiam agimus quasi nō fuerint, misericorditer nō remi-  
nisci. Crimina autē quæ & ipsa mortalia dicunt, im-  
piorum sunt, qui nō solum a deo ad uanitates sese auer-  
tunt, sed fugiūt, & alios quoq; malo uitæ suæ exemplo  
una secum abripiunt. Per quæ & nomen dei, quod per  
ipso sanctificari debebat polluitur, & inter gentes ma-  
le audit, eo quod nos qui Christianæ dignitatis sancti-  
monia, & cœlestis populi gloriamur titulis, inquinatio-  
ris uitæ sumus, quam paganorū extremi. Tale erat pec-  
catum rem habentis cum nouerca ecclesiam Corinthi-  
orum dehonestans, & Hymenæi & Alexandri p̄fidia  
apud Ephesios, & Nicolaitarū in nonnullis Asiæ dioce-  
sibus. Horum aliqua Paulus cōmemorat dicens. Noli  
te errare, neq; scortatores, neq; idolis seruiētes, neq; fu-  
res, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces.

## PRIMA PARS

Regnum dei possidebunt. Ioannes uero in Apocalypsi  
enūcit canes, ueneficos, impudicos, homicidas, idolis ser-  
uientes, & oēs q̄ amāt & faciūt mendaciū. Apud Theſ-  
ſalonicēſes infamant a Paulo ocioſi laborē manuū fugi-  
entes. Titus itē admonet, ut hereticorū cōſortia poſt ſe-  
cundā admonitionē uitet. Eiuſcemodi ferme anniuer-  
ſaria promulgatione ante Paſcha populo publicari ſo-  
lent, quibus obnoxii prohibentur alijs cōmunicare.  
An autem om̄ia ea, tanta ſint, propter quę a ſynaxi quis  
arceri debeat, nūc indicare nolo. Hoc ex confeſſo eſt,  
non ob quoduis mortale peccatū, de quo ſupra dictū,  
nec etiam ob crimen aliquod nō manifeſtum licere a  
ſacramētis & ſocietate fidelium repellere. Porro ſi id  
alicubi in canonibus offendis, ſane intelligas, non em̄  
ideo mortalia ibi putanda ſunt, q̄d mortē per ſe afferāt,  
ſiue a dño imputētur, ſiue non imputētur ad mortem.  
Quis em̄ tum excommunicationū finis? Sed ob hoc  
mortalia habenda ſunt, quod eorundem rei humano  
iudicio aut ſeculari, aut eccleſiaſtico conueniuntur, &  
iure pœna uel capitali, uel alia condemnantur, iuxta pa-  
trum canones in ſacroſanctis concilijs ſtatutos, ne uni-  
us multorumue contagione uniuerſa multitudo aut in-  
ficiatur, aut uituperet̄. Sic Baſilius in Epiſtola ad Am-  
philochium cenſet clericos ob mortale peccatū gradu  
ſuo deſtituendos. Quod & in Neocæſarienſi conci-  
lio decretum. At ſi quis hodie mouere uelit ordine ſuo,  
quouis mortali implicatos, paucos breui habituri eſſe-  
mus ſacerdotes & clericos. Nec multo rigidior in lai-

## CONFESSIONIS.

eis excommunicandis, quam clericis loco suo submo-  
uendis seueritas exercenda foret. Atqui immodicus  
Copistarum & Rabularum zelus est, ob paucorum  
denariorum debita, eos qui non sunt soluendo e fide-  
lium cetu eijciunt prætextu contemptæ Jurisdictionis  
ecclesiasticæ. Rem ipsam si perpendas, inuenies ex-  
communicantis immisericordiam & insatiabilem aua-  
riciam magis culpandam, et excommunicatione di-  
gnam, quam excommunicati inobedientiam. Quæ  
nonnunquam non tam inobedientia est, quam ino-  
pia, & non tam malicia / quam miseria. Quod si tan-  
tus illis est ardor conseruandæ ecclesiasticæ honesta-  
tis, cur non in Cõcubinarios, Simoniacos, Usurarios,  
aliasq; intolerandas & publicas Ecclesiæ pestes ani-  
maduertunt & exardescunt. Sed uenia datur coruis,  
uexat censura columbas. Sed quorsum nos abstrahit  
sermo? Alibi / & suo loco plura de criminibus dice-  
mus. Nunc in genere perstrinximus, quibus peccatis  
uenia, quibus mors, quibus humanum tribunal de-  
betur, ut discernere possis inter uenialia, mortalia, &  
crimina. Ea tamen ab alijs secus definiantur, nihil ad  
nos, modo hæc ratio magis conducat nostro institu-  
to, ut probemus quam non sit onerosa Christianis  
confessio.

**V**erum / quia multiplex est peccatorum confessio  
Vna / quæ deo occultiora imo oia fatent. Altera /  
qua deo & ecclesiæ publica prodimus crimina. Tertia /

## PRIMA PARS

qua familiariter fratribus detegimus errata. Has omnes, conscientiarum tortores sub unam commiscuerunt, & quod singulis debetur uni Sacramentali suę confessioni ascripserunt, imitati Poetas qui multorum Heroũ præclare gesta in unum Herculem aut Bacchum congerunt. Quid quod nonnulla quæ de laudib. dei prædicandis, & testanda fide sub confessionis nomine traduntur, ut est illud. Introite portas eius in confessione & Confitemini dño qm̄ bonus. Corde creditur ad iusticiam, ore autē fit confessio ad salutem. & alia multa ad for̄ suũ (hoc est cōscientiæ nostrę iudiciũ) trahunt. Atq; in hunc modum sanctissimũ illud nomen Confessorum sibi arrogant, quod olim nulli tribuebat, nisi ei, qui ad iudices tormentaq; tractus confitebat Christũ. Neq; alio differebat a martyre, quam q̄ martyr morte, Confessor tormentis tamen nō morte Christum fateretur. Sed & de hac confessione, si uolet Christus, post hac dicemus. Nunc illam promiscuam Cōfessionum confusionem probare nō possum. Quod ea nō parum onerosam reddit Confessionē, cum uolētius impertinentibus scripturæ uinculis in suam seruitutem alligat. Nos ut rem aliquāto clarius & fidelius agamus, uenia sit arrogatiæ, tentabimus per singulas ostendere, quam leui studio a nobis possint absolui.

**A**Nte alias Confessio / quæ deo fit, maxime salutaris est, & imprimis necessaria, atq; intantum, ut absq; ea salus homini nō proueniat. Quā ob rem, & primo loco de ipsa dicemus. Nam de ea arcane

## CONFSSIONIS.

literæ (modo sensu quo debent intelligi, hoc est nõ ad  
ulterino intelligant) diligenter moneant. Et pleracq; ue-  
terum, probatorumq; Doctorum dicta non de alia, q̃  
de hac scripta sunt. Quocirca cū ad hanc confessionem  
ea testimonia referri debent, ad alias, id quod faciunt  
Theologistæ, nequaquam sunt detorquenda. Non est  
tam ludicra, neq; tam nihili res confessio, ut quicq; in  
buccam uenerit, & qualitercunq; alludit, de ea mox te-  
mere, & præter mentem scripturæ affirmare fas sit. Ad  
hanc igitur hortat Ioannes ille tonitruui filius / scribens  
Si confiteamur peccata nostra, deus fidelis & iustus,  
ut remittat nobis peccata nostra, emundetq; nos ab om-  
ni iniquitate. Si dixerimus, quia nõ peccauimus, men-  
daces eum facimus, & uerbum eius non est in nobis.  
Hoc olim dixerat propheta Dauid. Reuela domino uis-  
am tuam. Et in alio psalmo. Peccatum meum cognitū  
tibi feci, & iniusticiā meam nõ abscondi. Dixi confite-  
bor aduersus me iniusticiā meam domino, & tu remi-  
sisti iniquitatem peccati mei. Et in psalmo quinquage-  
simo. Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatū me-  
um contra me est semp. Et multo antea Iob dixerat. Vi-  
as meas in cōspectu eius arguo, & ipse erit saluator me-  
us. Apud Esaiam iuxta septuaginta legimus. Ego sum,  
ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas, & nõ recorda-  
bor. Tu uero memēto & iudicemur. Dic tu iniquitates  
tuas prior, ut iustificeris. Admonet etiā Solomō in Pro-  
uerbijs. Qui obtegit scelera sua, nõ prosperabit, qui ue-  
ro confiteatur, & derelinquit ea, misericordiā assequet.

F

## PRIMA PARS

In his atq; similibus testimonijs non præcipit, ut cuiquam mortalium peccata nostra prodamus, uel apud tribunal iudicis terreni nos acculemus, sed ei miseriam nostram indicemus, qui renes & corda nostra scrutat, a quo & salutem speramus, sed agnoscamus nos peccatores, non gloriantes in malicia, neq; nos ipsos excusantes, & si lingua non pronunciamus, attestemur saltem conscientia. Est enim & interior quidam sermo, quo quæ cognoscimus, non tam multis uerborum ambagibus, quam desiderijs & cogitationibus deo manifestamus, cui non est opus uoce exteriori. Prope enim est, & implet omnia. Auditq; non minus cogitationes nostras in abscondito cordis sibi narratas, quam nos ipsi intelligimus, imo notiores sibi sunt, quam nobis. Itaq; confiteri & dicere deo, est inopiam & maliciam nostram non solum in nobis agnoscere, sed deo exponere, & scienti tanquam abscondita reuelare. Hanc confessionem ab Adam exigebat uociferans. Adam ubi es? & declaras ei quod non lateret se peccatum Adæ. Quis indicauit tibi inquit, quod nudus esses, nisi quod ex ligno / de quo præcepi tibi ne comederes, comedisti. At miser Adam, nedum non agnoscit peccatum, sed & excusationibus uanis tueri se, & culpam in consortem Euam, & proinde in deum ipsius coniugij authorem transferre nititur. Similiter & Eua / serpenti qui ipsam deceperat, culpam impingit. Agnoscunt nuditatis suæ miseriam. Horrent spectantes turpitudinem suam, & uolentes se ipsos nescire, Perizoniam ex ficulis frondi

## CONFESSIONIS.

bus contextis succinguntur, fugiunt pauidi iram dei.  
O stultos breuifactos, & adhuc persistunt in peccatis: quanto magis fugiunt, tanto propiores fiunt iudici. quanto magis teguntur, tanto magis reuelantur. Hæc succinctoria amoueto Christiane. Hanc fugam fugito. Perizomata te onerabunt, fuga iudici sistet, excusatio accusabit. Etenim grauis est apud deum excusatio, quamuis parua excusatio. Igitur Euam & coniugem tuam carnis inquam imbecillitatem, noli facere authorem peccati, tu ipse enim author es peccati. Ne inculpes dolosum serpentem. Ne ascribas syderum potentiae, ne pretextas aliorum quoruncunq; uel instigationem, uel cooperationem. Ex te perditio est. Tua est culpa. Liberum enim tibi relictum est arbitrium, ne te quis alius in peccatum possit intrudere inuoluntarium. Tu te ipsum auertis, & nemo alius. Quod deliquisti, ergo tibi ipsi ascribito, deoq; commemora, & confessus es. Hanc & a Cain pro fratri-  
cidio satisfactionem admisisset deus, sed ipse parentibus obstinator, uix tandem post aliquantam ex-  
stulationem, quod amplius inficiari non potuit facinus desperando confessus est. Ad edendam hanc uocem, peccatores dominus per Prophetas identidem adhortatus, imprimisq; per Hieremiam se in delictis suis iustificantes acerbius compellat. Qui & Iudæ tribum huiuscemodi uerbis increpat. Quomodo dicis: non sum polluta: post Baalim nō abij. uide uias tuas.

## PRIMA PARS

scito, quid feceris. Quid niteris ostendere uiam tuam bonā, ad querendā dilectionē suam, quæ insup. & masculicias docuisti uias tuas, & in alis tuis inuentus est sanguis animarū pauperū & innocētium. Et dixisti, absq̄ peccato & innocens sum ego, & propterea auertat furor tuus a me. Ecce ego iudicio contendā tecum, eo q̄ dixeris, nō peccaui. Quam uilis facta es nimis, iterans uias tuas. Et ab Ægypto confunderis, sicut cōfusa es ab Assur. Nam & ab ista egredieris, & manus tuæ erunt sup̄ caput tuū, quoniā obtriuuit dominus cōfidentia tuam, & nihil habebis prosperū. Hęc & multa alia aspera Prophetæ in circumcisis Iudeorū aurib. inculcabant, uerum & ab eis tum ne unam quidem poenitentia uoculam exprimebant. At uiri non omīno deploratę mētis, alij ad galli cantionē, alij ad parabolā, alij increpati, alij afflicti, in se redeuntes, impie acta pie defleuerūt. Et illorum aliqui corde solo alij corde & lingua testati sunt. Petri lacrymas legimus, uerba nō legim⁹. Dauid / Achab / & Manasse / non solis uerbis, sed alijs quoq̄ signis internam mentis confessionē declararunt. Et non nunquam populus collectim una cum pōtificibus, tā sua quam parentū suorū peccata confitendo deum sibi placabat. Exteriora aut poenitētis animi iudicia, qualia sunt, lacrymæ / planctus / eiulatio / lamēta / ciliciū / cineres / & de q̄ nūc loquit̄ singulorū delictorū apta ediffertatio, nō sunt tanti apud deū, ut ea sp̄ exigat. O placabilem deum. In gratiā nos recipit, si uel cor ingemiscat, & se coram eo peccasse annūciat. Sic tamē ut uere mœa

## CONFSSIONIS.

reat & ingemiscat. Nam ita se neq; excusabit, neq; gloriabit, neq; peccata peccatis coaceruabit. Age, quale est hoc onus: est ne qui onus dicat: Nemo fratri, filiove tā æquus est ac facilis. Profecto nisi malicia premar, nihil alioquin est, quod premere possit. Pusillanimitatē hic allegat, nō credit, pestilens desperatio est, & peruicax malicia. Pudorem fingis, nō creditur, impudentissimi propudij pfricta frons est. Imperitiam simulas, sed nō potes. Quid pusillo es animo: nō tu tam promptus es ad petendā, quam ille est ad dandam. Conuertimini ad me, ait. & conuertar ad uos. Et iterū apud Esaiam. Laua mini mundi estote, auferte malum cogitationū ab oculis meis, quiescite agere peruerse, discite benefacere, & uenite, & arguite me. Si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra, quasi uermiculus, uelut lana alba erunt. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si solū Ezechielis dictum audisses, cum inquit. Nolo mortem peccatoris, reuertimini & uiuite, nequaquā turbari & uacillare animo debebas. Iam quis locus pudori: In aperto sunt omnia. Oculis domini abscondi potest nihil. Nō tibi tam notus es atq; domino. Omnes uias tuas præuidit, intellexit cogitationes de longe, semitas & funiculum inuestigauit. Quo ibis a spiritu suo: quo a facie sua fugies: Neq; a tenebris occultabere. Tegēdo te detegis, detegēdo tegis. Pudor impudentē, impudentia te honeste uerecundum reddit. Non est hæc confusio ad ignominiam, sed ad honorem. Confundere igit

## PRIMA PARS

ut cum Sodoma & Samaria restituaris in statum pristinum. Sicut ezechiel dicit. Et tu porta ignominiam tuam quæ seueriter iudicabas sorores tuas. In peccatis tuis abominabilius egisti, quam illæ. Iustificatæ sunt plus quam tu. Et tu quoque confundere, & porta ignominiam tuam, uel ut apud Septuaginta legitur. *καὶ σὲ κολασαί εἰς αἶμαρον*, ἐν ᾧ δὲ ἀφ' θείρας τὰς ἀδελφίσσους. Et tu fer indicem, quo corrupisti sorores tuas. Diuus Hieronymus pro indice / tormentum uertit. *βῆσαρον* e in grece utrūque significat, & tormentū & indicē, quo aurē uel aliud quiddam exploratur, uel etiam torturam ad exquirendum aliquid. Et adnotat sanctus Hieronymus. Portat tormentum suum, qui propria torquetur conscientia, & in isto seculo sustinet propria uoluntate cruciatum, ne æterna tormenta sustineat. Ita Hieronymus. Verum hoc loco *εἰς αἶμαρον*, nō tam pœnam, quæ iudiciū signat. Vnd nos Prophetam hoc sensu accipimus. Examina & iudica te ipsam, in memoriam referendo innocentiam tuam pristinam, qua cæteri comparatione tui, iniusti & corrupti arguebantur. Verum eam tu nunc tam perditæ amisisti, ut aliorum iniusticia, iniusticiæ tuę comparata, iusticia uideatur. Quid reliquū nisi ut tantisper tecum confundaris, quoad cæteris nō deterior, sed iustior appareas, ut cum alijs reconciliatur, sis & tu digna, quæ reconcilieris, & in primæuam & felicem illam cōditionem reformeris. Tendūt itaque omnia hæc dicta magis eo, ut posita mentis impudentia resipiscat, quā ut cruciatib. castiget. Quod si & pudor

## CONFESSIONIS.

ille intemus, inter cruciatus habet, parvus in est & prope nullus, neque conferendus ad eum, quem post hanc uitam sustinebunt impij. Denique quomodo imperitiã prætexes? nec rethorica facundia, nec excellenti ingenio, nec admirabili memoria opus est. Vide, in quod profundum sis delapsus, uide foeditatē tuam, ab hęc perizomata, & quod uides fatere. Nisi enim cæcus sis totus, uidebis facta, distortaque plurima, occurrentesque manifestanda. Non cogit deus ut ordine singula enumeres. Saltē confundere corā ipso, ut glorificeris. Nemo uel ex Albanis Caucasij, quos ultra centū numerare posse negāt, uel etiā Thracibus, quos Aristoteles refert numerando ad quaternarium nō pertingere, tam obliuiosus, quin satis ei suppetat memoriã. Si ore peccatū fateri uis, tribus syllabis confessionē complecti potes dicēs. Pec. ca. ui. Sin mēte, multo breuiori momento, quā lra enunciari queat idipsum testari licet. Et quis aut memoria aut ocio tā felix, ut recogitans annos suos omnes in amaritudine anig suã, si nihil conducibilius facere possit. hoc unum agat. Sed neque deus a nobis intantum memoriã peccatorum, quantum uitã nouã expectat. Voluntas dei est sanctificatio nra, nō constans peccatorum enumeratio, atque utinã peccatorum omnium obliuisci possemus, quod nobis esset beatus? nō quod improbe eos que peccatores agnoscant, & clare singula delicta ante oculos prope ita habent, imo optarim, & mihi & omnibus dignã peccatorum memoriã, cum ob alias causas, tum maxime ad edomandam mentis superbiam. Ceterum non inuenies facile in sacris literis ullum, ex

21 PRIMA PARS

poenitentibus peccata sua enumerando percensuisse.  
 Tantum in genere peccatores se nominant. Publicanū  
 in templo iustificatum audi quid dicat. Deus ait, pro-  
 picius esto mihi peccatori, nō dicit, fraudauī paupes, ea-  
 lumniatus sum, conuiuīis cottidianis me expleui. Au-  
 di & filium prodigum qualiter confiteat̃. Pater ait, pec-  
 caui in coelum & coram te, iam nō sum dignus uocari  
 filius tuus. Nō digere in articulos scelera, recitādo quo-  
 modo aluerit scorta, exhibuerit ludos, instituerit cōui-  
 uia, uestium luxu supbierit, amicorū monitus contem-  
 pserit, patrem filio orbarit, merore grauarit, alijs scan-  
 dali, sibi mortis fuerit author. Sed semel inquit peccaui  
 in coelum, & coram te. Pari modo in ueteri lege. Quid  
 particulatim recenset Manasses. Quæ numerat, gene-  
 ra potius sunt peccatorū, quā particularia peccata. Ait.  
 Peccaui super numerū harenæ maris, multiplicatę sunt  
 iniquitates meæ, malum corā te feci, statuens abomina-  
 tiones, & multiplicauī offensiōes. Peccaui domine pec-  
 caui, & iniquitatē meam agnosco. Si quis unquā multa  
 habuit quæ cōmemoraret, & orationi infereret, habuit  
 & Manasse. Dicere poterat. Excelsa reedificauī, aras  
 Baal erexi, lucos plātaui, aras in do mo domini extruxi  
 Adorauī uniuersam militiam cœli, traduxi filium per  
 ignem, consului ariolos, obseruauī somnia & auguria,  
 auruspices, phitonicū habentes spiritū, & id genus ho-  
 minum educaui idolū luci in templo posui, pphetas  
 occidi, sanguinem innoxiiū oībus immūdicis me co-  
 inquinauī, & alia multa. Quin & David summae me-

## CONFESSIO. NIS.

deſtiæ ac humilitatis rex. Iniquitates/iniuſticias/deli-  
ctâ/impietatem/scelera/sanguines fatetur. At non ait.  
Adulter fui, homicida fui, proditor fui. Paucis dixerat.  
Peccaui domino. Perpendis quã non ſit opus multilo-  
quio apud dominũ. Et ut amplius colliqueſcat, Le-  
gimus apud Matthæũ. Orantes nolite multum loqui,  
ſicut Ethnici faciunt. Putant em̄ q̄ in multiloquio ſuo  
exaudiãtur, Nolite ergo aſſimilari eis. Scit em̄ pater ue-  
ſter, quid opus uobis ſit antequam petatis eum. Eſt au-  
tem confeſſio pars orationis. Quid em̄ petemus, ni-  
ſi indigere nos aliquib. & inopiam noſtrã cõfiteamur.  
Quomodo uere quis precabit, ut in ſe nomẽ dei ſan-  
ctificetur, quod ſanctificatũ putat, aut aduenire regnũ  
dei, ſi iam regnet. Oratio nuncq̄ caret deſyderijs, deſyde-  
ria abſentiũ honorũ ſunt, teſtari honorũ penuriam, mi-  
ſerie eſt & peccatorum cõfeſſio. Vnde & confeſſio ad  
preces pertinet, p̄inde quia dominus breuẽ amat ora-  
tionẽ, neq̄ prolixam uult confeſſionẽ. Porro ut ſine  
intermiſſiõẽ precandũ eſt, & precandũ in ſpiritu & ue-  
ritate, ita & ſemp, & in ſpiritu ueritateq̄ eſt cõfitendũ.  
Nuncq̄ em̄ ita liberi ſumus a peccatis, quin multa ſint  
deploranda & confitenda. Si nõ grauant crimina, gra-  
uis tamẽ eſt tãta mortaliũ colluies. Quæ ſi & ipſa nõ  
grauant, impediũt tamẽ illæ uenialium miſeriæ & ne-  
ceſſitates. Contingit autẽ nonnunq̄, ut multę nos legio-  
nes obſideant, neſcijs nobis. Semp̄ igit̄ humilis ſit ſpi-  
ritus & pauper. Vel quibusuis ſpiritualibus opulentus  
diuitijs, ſerilem arbuſculam, & inutilem ſeruũ, hoc eſt

G

## PRIMA PARS

peccatorem se dicat. Nunquā ita purificatū sentiat, quin ampliolem sibi purificationē apud deū necessariā credat. Quādiu eger es animo, morbos tuos, si nō potes uerbis medicorū principi indicare, gemitu palā facias. Iam si quis te phibeat in extrema ualetudine gemitum ædere, quā miserā putares miseriorē. Nequā aliud habēda sunt peccata, quā morbi & mortes, multoquē magis deflenda, quā quæcunquē corporū mala. Et sunt qui onerosum putēt ea fateri deo. Consequēter & in necessitatibus ac periculis interpellare sanctos, & orare deum, inter onera numerabuntur. Quo quid absurdius? Atram/aiunt bilem, & tristitiam, augent peccata & iudicia dei anxie pensata, & delyrum potius reddūt quā sapientē. Obturent aures ad eiusmodi uerba. Venenosa sibil sunt. Noster enim Christus luctum consolationis parentē dicit & beatos lugētes. Optat hanc tristitiā discipulis suis Paulus. Picra hac non Galeni sed Christi, nihil salubrius. Morbis omnib. medetur confessionis pharmacū. Et esto delirare uideant stultis pñ. Sati⁹ est delirare in Christo, quam sapere cum mundo. Et quid hæc confero. Nemo delirat cū Christo, nemo sapit cū mundo. Nullius consuetudo familiarib. minus grauis est, quam uere confitentis. Is em̄ non inflatur, non contendit, nō proteruit. Patiens est ad tolerāda mala, p̄mptus ad opa pietatis perficiēda. Non curat opprobria, despicit assentationes, nō suspicax est, nō alienarū rerū curiosus explorator, non obtrector, Iram proximi uel mansuetudine frangit, uel patiētia uincit. Et sicut nulli

## CONFESSIONIS.

conuiuendo est incōmodus, ita & solitudinis non solū est tolerans, sed & perquam auidūs, ut fuga uincat hostes, & cōmodius deo loquat̄, deumq; intra se loquentem audiat. Quod si cōmoda & fructus Confessionis narrādo delibabimus, dies ut aiunt nos deficiet anteaquam sermo. Attamen hoc illis nugatoribus respondēdum. Quid ita effugat reginā scelerum supbiam, ut uera mentis confessio? Quid curas seculi, & importunitatē uentris ita rephendit, ut uera mēris cōfessio? Quid ita repellit insurgentes uariarum & inutilium cogitationum copias? Quid ita preces euehit? Quid ita mentem purgat & illustrat? Quo sacrificio deus ita placatur & commendatur? Per confessionem nostra iniusticia diuinam commendat iusticiam. Per confessionē nostra uilitas dei insinuat sublimitatem, nostra miseria dei prædicat gloriam, nostra malicia dei effert immensam clementiam. Vide quantus prouentus exigui seminis. Quocirca / si uel onerosissima esset tantis tamen fœcunda commodis, esse deberet gratissima, sed nihil adhuc apparet molestiarum si paucis & semper deo confiteamur, imo facillimum erit etiam multis peccata agnoscere. Nec timendum, quod Batalogismis fiat contēptior. Est em̄ etiā rusticitate disertior, & plixitate iucundior, & simplicitate gratior. Quod si Rhetorici flosculi sponte nascentes accedant, nō uitiabunt eam, forte meliorem reddent & feliciorē. Certum tñ hic artem, cui ppetua cū humilitate lis est, ab humili & uera cordis simplicitate uinci. Illa sane humanis

## PRIMA PARS

& nescio qualibus uirib. innitens balbutit, hæc diuinis  
 adiuta eloquitur. Illa, quanto ostentatius, tanto miserius,  
 hæc uero, hoc beatius, quo demissius rem agit. Et quid  
 opus multis? nemo tam infans est, quem dicendi ma-  
 teria destituat. Affluit em̄ unde quacq; uelut exuberans  
 flumen quod facundum reddat. Quod quam uerum  
 sit, ex subsequenti formula colligere potes. Eã ut in mē-  
 tem uenit tumultuario parauit, qua me apud deum uere  
 magis quã satis accuso. Nec absre adnotauit, forte erit,  
 qui p̄ me intercedat, & alius eadem & plurib. deo con-  
 fitebitur. O/o/tu/cui peccatrix animula mea pollutis  
 labijs peccatorũ suorũ multitudinem annunciare desy-  
 derat. O tu/inquam/quandoquidem ut exordiar me  
 um ad te sermonẽ, nescio primũ omniũ, quo nomine,  
 quib. uerbis, quib. modis te inuocare ausim. Dominũ  
 te dicam, uti es dñs dominorũ, & dominator oĩm, cui⁹  
 præceptis seruiunt coeli & terra, & quæ in eis sunt? sed  
 quomodo ausim? qui toties a ministerio & inobediẽs,  
 ut obmurmurans, ut defector, ut transfuga descuii. Pa-  
 trem te uocabo, quo te nomine a nobis uis uocari? at q̄  
 pacto nõ uerebor, conscius, quã nihil egerim hæctenus  
 quod sit filij, forte nec quod serui, nec quod mercenna-  
 rij? Pastorem te appellabo & redemptorẽ, sed me con-  
 demno, qui uocem tuã non audierim, & erraticus qui-  
 dem, nõ ut ouis, sed qui ouib. tuis immanuetior, & lu-  
 pinum quiddã spirã subinde molestus fuerim. Deũ  
 te nominabo, qui es unus & solus, & præter quem nõ  
 est alius deus? qua te obseruãtia colui? quo cõltu uene-

## CONFESSIO. NIS.

ratus sum: qua religione adorauit: qua adoratione glorificaui: Arguunt me excelsa ædificata, luci plantati, & Baalim qui adhuc in omnib. uis meis. Et tu quidē uere dominus meus / pater meus / pastor meus / redemptor ac deus meus. Ego autē peccatis & abominationib. meis indignū me reddidi, qui enarrem iusticias tuas, & assumam nomen tuū gloriosum p os meū. Verum miserum me solatur miseratiōes tuæ, & animant uiscera misericordiæ tuæ, ut non modo fatear scelera mea, sed & meipsum acculem. Tamen si tot ac tanta sunt, ne earum partem centesimā enumerare queam, etiā si mihi centum linguæ sint, oraq; centum, ac ferrea uox. Nam quāuis pauci sint dies mei. Sup pauca constitutus sim. Parum sit omne quod sum. Multæ tñ & innumeræ sunt iniusticiæ, & flagitia multipliciora capillis capitis mei. Crebriora undis sequentis pelagi, numerosiora harena maris, ut de se David & Manasse fatent, q̄r uestigia peccando, sed nondi. pœnitendo sum imitatus. Et plerq; mihi occulta sunt, tibi autem (cui occultum nihil) patent omnia. Quod momentū uitæ meæ etiam unius dieculę puellus, sine peccato transmisi: Vbinam locor; quieui, sedi, steti, ambulauit, unde nō discesserim nouis maculis inquinatior? Quo tuorū munerū non abusus sum perditē: Quod talentor; tuorum fideliter in laudem tuam expendi: Quod charismatū sincerū & inadulteratū custodiui: Proh dolor, res est, ut loquor. Neq; fictum ago, quale excogitat ij, qui in scholis declamāt argumentū. Et utinā o deus min⁹ agnosceres, quā p̄do

## PRIMA PARS

Neq; numerum / neq; foeditatem delictorum meorum  
 scio, id qd̄ sæpe cogor repetere. Sed & nescio, cui me  
 conferam. Arguit me omne quod intueor. Contradi-  
 cit mihi omne quod lego, & nihil tam immodice con-  
 fundit mentē ut cōsciētia ipsa, & quāuis rephendat ip̄a  
 certus tamen sum, longe turpiora / grauiora / & plura es-  
 se, quam ipsa obprobret. Quādoquidem tibi peccaui,  
 te deum meum offendi, te conditorem meum exacer-  
 baui, tibi redemptori meo aduersatus sum. Ad cuius  
 ineffabilem maiestatem & eminentissimam gloriam,  
 si qui uel angelorum accedentes, aliquod summæ uene-  
 rationis officium prætermittāt, ut rei, ut peccatores cō-  
 tremiscūt. Quid de me sentiam? qui nō possum absq;  
 ingenti scelere & ingratitude a tanto bono me auerte-  
 re, id quod p̄pe semp̄er facio. Te ipsum / o deus meus /  
 qui p̄fectissima es integritas, & integerrima p̄fectio, le-  
 gem / regulā / & uitā meā esse oportebat, sed longius a  
 te absum, quā a terræ p̄fundissimo centro cœli distat  
 summitas. Quid ergo maliciam meā diffitear? Ita em̄  
 esse, & nō alit̄, quorsun cūq; me uertero, testant̄ oīa. In-  
 tra meip̄m fugio, & hoīem illū meū interiorē intueor,  
 q̄ sc̄dm̄ imaginē tuā creatus est, horreo dicere tā deho-  
 nestatus, tā maculosus est, plane carbonib. denigrator  
 και ὡς πρόκαυμα χυτῶσ. Oblitus bñficioꝝ oīm, cū sub-  
 limior sis, quā quē nocere possit creatura. Imaginē tuā  
 in quauis in me primū, forte & in alijs. Debebā acie mē-  
 tis, immensam illā clarissimæ diuinitatis tuæ sphaeram  
 aliquatenus attingere, ut hausta inde sapientiē luce, sci-

## CONFSSIONIS.

rem quid faciendū, quid omittendū, eoq; contactu tibi conciliari, & odorifero spiritus tui afflatu uiuificari. Sed proh meā miseriam, quā hebetata est ea acies, in quā profundum uanitatis coenit reflexa, quā obtenebrata. Quid mirū igitur, si a te auersus peream, & inmundis sordib. cōputrescā? Narrare pposueram o deus meus peccata mea. Sed iacturę ac pœnarū mearū reminiscor, quod tantis bonis hoc est te ipso priuor. Quāta & hęc culpa, plus de pœna, quā peccato contristari? Verū magnitudinem culparum etiam hac ratione aliquantulū fateor, Quin & hęc culpa multo grauissima, quod hisce supplicijs me ipsum mancipio mortem mihi conscisco, in errores/afflictiones/& mille mala meipm inuoluo. Quis non miretur tantam misericordiam & longanimitatem, quę pollutam hanc creaturam tam patienter sustinet? lam quis thesaurus cogitationum in gazophylacio memorię? Quę bonę, pene ad fundum sunt exinanitę. Quę terrenę/immundę/uirulētę/ad summum explent. Hinc & ratio in obsequio fidei se expādit & reluctat. Et quia impurior est, quā ut supni luminis sit capax, umbras sensuū magis sectat, & uirib. imbecilla, gloriā inappræhensę maiestatis haud impune scrutatur. Voluntas uero, & quę ipsius subsunt imperio, quid aliud agunt? quam seditiões mouent, & tumultuantur? Sapiunt carnem; nauseant spiritum. Terrena quærunt, coelestia contemnunt. Quę tu magnificas, fugiunt, quę abominaris diligunt. Hinc curę/suspiciones/arrogantię/uarię cōcupiscētię, stulta desyderia,

## PRIMA PARS

continētes animi rixæ, & sollicitudines. Quod si nihil aliud me infestaret, quam dissidiū hoc: quā pacis ac requiei iactura, quam hoc uelle & nō uelle, an non miser & inops forem. Vix me ipsum tolero tam horreo dum imaginem tuā ita fedam inspicio. Et ecce noua alia culpa, cum nequeam omnes meas iniusticias enumerare, adhuc mihi tanq̄ iusto & innocēti parco & faueo. hoc intra me latet ouum, ut ita dicam, quod quoties erūpit in opus & in Basiliscū, quam tetro odore uicina quæq̄ incestat. Parit autem uoluntas multos cottidie Basiliscos, & tot inquam, quot uerba uel opera deo aduersa excludit. Sic etiam consideranti mihi, omnia membra corporis mei, a uertice capitis, ad plantam pedis usq̄, nullum membrū, nullus articulus, nullus sensus, suo satisfacit officio. Crucē salubrem & pœnas licet ualde meritis fugit peccatrix caro. Opera multa quæ foris apparent bona, intentio mala intus latens adulterat. Hic tu nosti domine deus, quas crudelitates / temeritates / impudicias / operatæ sunt hæ manus, hi digiti, hoc corpus, multis dignū tartaris. Quas item uanitates / curiositates / illecebras sectati sunt sensus. Ut de alijs sileā, q̄t amaros fructus unum hoc paruum / sed inquietum membrum lingua protulit. Nolo particulatim scelera recensere, satis magna colluuiēs coit, dum per genera tractantur. Certat item cum tanta farragine fætor & grauitas, tametsi nec ipsa quantū oportet horream. Ad preces & lectiones, quæ multos bene solantur, si me uerto, ipsæ me potissimū peccatorē conuincunt. Cur non hic me

## CONFESSIO. NIS.

moſo, quoties tam ſanctorū ſtudiorū me tedet. At qđ  
de tedio loquor. Immundæ ſunt preces, cū mūdifiſimę  
Ad te preces fiunt, ſed ego interea cū quibuſlibet quā-  
tuncunq; uilib. de ſtultis rebus confabulor. Quas pœ-  
nas tum mererer, niſi miſerereris. Age ut me arguit tua  
illa ſanctiſſima oratio, quā nos orare docuiſti. Precor,  
ſanctificetur in me nomen tuū, & quomodo ſanctifica-  
tur, quū toties templū tuū tot immundicijs pphano.  
Quam longe a me regnum tuum, in quo uetus Adam  
tyrannidem ſuam exercet. Quid precor. Fiat uolunta-  
tua, cum totus mihi ipſi placeam, & uoluntatē meā nō  
expugnem. Panem uerbi tui peto, & eūdem faſtidio,  
uenitq; in me illa maledicta fames audiendi uerbi dei.  
Et neſcio, qualiter dimitti cupiā peccata mea, cū in me  
frigeat amor pximi Tuus ſum ego ille decē talētorū de-  
bitor, uix tñ meis debitorib. quadrantem remitto. Ten-  
tationes ingredi deprecor. & plærarumq; mihi author  
ſum. Quas etiam ipſas forſitan punies. Poſſes equidē  
& iuſte, ſed miſericordiæ tuæ eſt, ſi in culpam nō im-  
putētur. Tandē ab hoſte malo liberari cupio, cui tamen  
manus porrigo. Itaq; pœces illę irriſiōi ſimiliores ſunt,  
quam ſanctæ orationi, & ut mitius loquar nō tam pre-  
cor, quam mala mihi imprecor. Veruntamen has qua-  
leſcūq; preculas, & qualiacūq; murmura, nō ut iudex  
auſterus accipe, ſed ut deus clemētiſſim⁹ exaudi. Simi-  
liter cum inter legendū uocem tuam animo aduerto, qđ  
teruatim irruunt præcepta & exempla, quib. cōfundor,  
Concludit ſcriptura, omnia ſub peccatū. Ego quo pacto  
H

## PRIMA PARS

eximar. Alicubi notor, alicubi iudicor. Si unum exprē  
ceptis præuaricatus fuero, obseruata tota alioquin lege  
oīm reus fio. Verum ubinam legi recte pareo, maxime  
si de r̄s loquamur, quæ a spiritu potius quā a litera præ  
cipiuntur. Arguunt me Moyſes & Prophete, arguis &  
tu Chriſte cum Apoſtolis, ut de his uel parump culpā  
meam agnoſcere oecipiam. Caput omnium præcepto  
rum, quod primo parenti Adę mandatum fuit, ſcilicet/  
ne de ligno ſcientiæ boni & mali comederet, quam ſta  
tim primis & puerilib. annis tranſgreſſus ſum, dum cō  
tra implantatā a deo mihi legem mentis de uetito cibo  
uoluptatum, conſentiens ſeductrici carni & inuido ho  
ſti, edere non ſum ueritus, & quo minus poeniteret fa  
cti, excuſationū perizomata conſui. Alterum item man  
datum, quod de ferenda p peccato poena tulisti iniun  
gens, ut panē coeleſtis ſapientiæ, in ſudore uultus mei  
pararem, quomodo impleui, cum permiferim in terrā  
mea tribulos terrenarꝝ ſollicitudinū denſeſcere. Inſup  
& Eua mea dolores parturientis ne ferat, mauult eſſe  
maledictior & ſterilis. Et tm̄ abeſt, ne caput ſerpētis &  
initia tentationū conterā, & ad petrā Chriſtū allidā, ut  
ipm amico pectoris ſinu colligā, & peſtiferis eius ſug  
geſtionib. oblecter & obſequar. Has meas iuſticias (di  
gnus em̄ ſum qui me deplorando rideam) in capite li  
bri lego, etiam nō magno ſtudio ſcrutatus. Quid? Nō  
& illud erubeſcā, qđ mihi cū Cain impropereat, ut ſub  
dam mihi appetitū meū, & ei dominer. Multis em̄ an  
nis Pharaonib. Abimelechis Nabuchodoñozoris ſer

## CONFSSIONIS.

uiui, quam ridiculus ego dominus. Dirūpam ne aliqui  
uincula eorū. Desperandū mihi foret, nisi tanta tua es-  
set misericordia. At iuuantē grā tua, spe bona sum. Iterū  
dura in mentē ueniūt. Nā quoties spiritui sancto resti-  
ti: quoties gratiā accipe neglexi: quoties in uanū gratiā  
accepi: Certe desperare merui, nisi benigniter iuuares.  
Iam ad tabulas decem mandatorū in mōte Sina latorū  
quō me iustificabo: Vbi charitas & oīm uiriū obsepa-  
tio in cultū dei expensa. Vbi fides & spes: Vbi sanctifica-  
tio noīs diuini: Vbi iugis ille ab opibus peccati sabba-  
tismus: Vbi honor maioribus, mititas fratribus, puri-  
tas corpori debita: Vbi diuitiarū asp̄natio: Nihil taliū  
mihi cōsciū sum, quæ sub inuolucris per Mosen ma-  
nifeste autem per Christum præcipis. Nondum humi-  
liaui & exinaniui spiritū meū: Nondum lugeo, læci-  
uit em̄ adhuc caro mea. Parum mitesco, ferocit em̄ ad-  
huc superbū pectus. Parū esurio iusticiā, sapit em̄ ad-  
huc mundus. Parum misericors sum, pprijs adhuc stu-  
dens cōmodis. Nondū mundatum est cor meum, uo-  
luptatū desiderijs obseptū. Nondū pacificus sum, nisi  
& tecū o deus pax mihi sit. Nōdum flagella & mortē  
pp̄ter nomē tuū subeo, uix ronchos & sannas pp̄ter te  
fero, imo ueritatis q̄ erudior, nōnunq̄ intra me sum im-  
patiētior. Et hoc duntaxat Ch̄riane legis p̄cipiū p̄cen-  
sēns fateor nondum impleuisse me, qđ primo apice, ut  
ita dicam præscribit. Quid si reliqua uel legis / uel euā-  
gelij mecū p̄pendā: An forte Dauid Citharædus blan-  
dior. Dulcis oīno etiā in luctu musica, sed ulcerosum

## PRIMA PARS

hoc meū pectus, quantūuis mollē tactū sentit. Dū aliorum laudes & beatitudines prædicatur, sibi sua opprobriū uitia suspicatur. Multo itaq; secus audio quā legitur. Primus enim mihi Psalmus in hūc modum sonat. Miser uir / qui abiit in consiliū impiorū, in uia peccatorum stetit, in cathedra irrisorum sedit. Nec in lege dñi, uerum in cōcupiscentijs animæ suę uoluntas eius, & in ijs meditat̄ die ac nocte. Nec erit ut arbor fertilis planta secus decursus aquarū uiuentiū, a qua neq; frondiū ulla frustra decidet, sed ut arbor, quæ etiam terram frustra occupat, digna excidio / digna incendio. Atqui Dauid ne arbusculæ quidē me comparat, sed erit, ait, ut festuca quā p̄icit uentus a facie terræ. Minatur insuper q̄ aspera, nō resurrecturum me in iudicio, neq; in cōsilio iustorū. Futurū / nē agnoscar a domino, & quod peritura sit uia & uita mea, omniaq; quæ facturus sum infeliciter cessura. Hoc in aurib. meis sonat primus psalmus. Sanctissimus uero Hieremias in me deplorando modū nescit. Quāto lacrymarū p̄fluuiū / quāto lamentorum eiulatu / quanto planctu meam luget miseriam. Ego em̄ sum ciuitas regis magni, olim plena populo, bonarum cogitationū & operum / imo esse debebam, non eram, nunc sola sedeo, derelicta a deo & angelis suis, interfecti sunt ciues mei, bona mea opera, Facta sum quasi uidua, quæ olim domina erā, imo ita condita erā ut essem gentiū & p̄phanorū appetitū domina, nunc captiua in peccatis, tributū pendo singulis. Delibo tantum scripturam, & tam reus arguor. Quod si ad eius

## CONFESSIO

exempla & parabolas aliquātis per me contulero, neces-  
sario fateri cogor, nihil me miserius. Qualis em̄ sim ap-  
paret, cum cetui stolis candidis amictō me sociauerō.  
Quot heroes a sanctis literis celebrātur, tot ego igno-  
minijs dignus sum. Quia tāta nube honorū exemplo-  
rum obumbratus ad bona opa nō extimulor, sed adhuc  
piger resideo. Non offero cū Abel & Melkizedek sa-  
crificium domino acceptū. Non inuoco cū Enos no-  
men domini. Non in me est fides Abrah, patiētia Isa-  
ac, lenitas Iacob, continētia Ioseph, mititas Moyse, zelus  
Phinees, mansuetudo Dauid, complexim dicam nihil  
in me est tui o Christe, qui solus omniū uirtutes in te  
geris plenus gratia & ueritate. Porro nec tibi nec illis  
me adiunxi, sed mei similib. quorū aliquos sequor, ali-  
os longo post me interuallo relinquo. Cū Luciferō sup-  
biens, ex alto thronū uoluntatis meæ. Cum Babylonijs  
turrim ædifico, & memoriā nominis mei affecto. Cū  
Israelitis tento deum in deserto. Iterū cū Cain/Nadab/  
& Abiu, Chore, & Dathā, male sacrifico. Ægyptij mei  
nondum submersi sunt. Amalechite nondū deuicti, ut  
pateat ingressus in terrā sanctam. Iebusæi in foro & ar-  
ce ciuitatis meæ habitāt. Palestini arcam domini inter-  
cipiunt. Babylonij Templum & ciuitatem deuantant.  
Græci instauratā coinquinant. Et hi quidem figurā meā  
præulerunt. In noua autē lege. Ego sum cæcus ille sur-  
dus & mutus, ego ille paralyticus, ego hydropic⁹, atq̄  
alijs spiritualib. morbis lāguidus, ego mortuus ille qua-  
triduanus, Ego ille sum publicanus, ego ille fili⁹ deco-

## PRIMA PARS

Et or, ego ille sordida ueste conuiuium ingressus, ego latro ille utinā non sinistri lateris, ego cū Herode querendum puerum Iesum quaesiuī, ego cū Iudæis Barabam petiui dimittendum, & Iesum cruce figendū. Author fui & ego tuæ mortis, quandoquidem pro peccatis meis mortuus. Sed o meam ingratitudinem, quid retribuō p̄ omnib. quæ retribuit mihi. Vereor ne semen domini ceciderit in me tanq̄ petram. Vereor, ne sterilis arbor sim, quæ triennem agricolæ sp̄m fallens tandem sim excindenda. Et ut finem faciam nūc loquendo, qui nondum finem feci peccandi. Peccata mea, & miseriam meam numerare nequeo. Ea tacere possem, negare non possum. In summa/mea uita om̄is peccatrix est. Vnum hoc reliquū est, quod scio nō esse tot uel tanta peccata mea, quæ misericordiam tuam defatigent, modo ad te confugiam. Vis em̄ nō mortem, sed uitam meā. Itaq̄ in misericordia tua spero. Tu concede, ut ita sperem, ne frustra. Quid fiet, si & miserearis mei miseri peccatoris. Vides hic, quam nō sit multa meditatione opus, ut deo delicta tua annuncies, cū tot undequaq̄ occurrant causæ, quæ prope nolentem cogant. Plane nihil minus deerit, quā dicendi materia. Equidem ego obiter quedā decerpturus, prope instituti oblitus eram, reijciens magis quam inquirens que faterer. De hac itaq̄ cōfessione satis sit dictum. Neminem em̄ existimo, qui in hoc sibi onus a deo conquertur impositum, imo nullus modo Christianus sit, non dolet, quod nō amplius & quantū satis est, uel. sermōe

## CONFESSIO.

uel ore confiteatur. Nisi forte sit, qui arbitretur sua opa  
tam bona pura ac sancta, ut nihil fuci, maculae, negligē  
tiae, aut pulueris in eis inueniat, quod tamen nec Apo  
stolicis uiris contigit. Nam quandiu hic uiuimus, nō  
dum totus Christus regnat in nobis, etiam si in nobis  
uiuat. Quapropter quandiu in hac conualle fletus de  
moramur, ploremus, & fateamur delicta nostra, donec  
in locum tabernaculi admirabilis, usq; ad domū dei,  
In uoce exultationis & confessionis, in iubilo festa cele  
brantium, transeamus tum regnabit in nobis Christus  
dominus, qui erit omnia in oibus. A M E N.

## SECUNDVM GENVS

### GENVS SECUNDVM CONFESSIONIS.

#### SECUNDVM CONFESSI-



onis genus, ecclesiasticum uocare li-  
cet, quod ecclesie uel Ecclesie pre-  
fecto sacerdoti ipsius nomine fiat.  
Vnde hoc loco non aberrabit confes-  
surus, si dixerit. Confiteri se ecclesie  
sacerdotique ecclesie nomine. Quam  
enim sacerdoti rationem reddimus,  
ecclesie reddenda esset. Quare sacer-  
dotem hoc loco ministrum ecclesie quam dei uocare ma-  
lim. Tunc enim dei ministrum agit, cum uerbum dei no-  
bis fideliter annunciando celsus affert. Vbi uero pro  
nobis ad deum interpellat, aut sacris operationibus nos illi  
conciliat, aut de rebus ecclesie disponit, minister noster  
est & internuncius, ecclesieque uices gerit. Alii Sacramen-  
talem nominant, quod ad sacramentum poenitentiae inter  
prima pertineat. Quemadmodum enim lapsus ad salutem  
necessaria est poenitentia, ita ut quis uere poenitens con-  
probetur, & a sacerdote inter sanctos dei recipiat. neces-  
saria est confessio. Aduersus hanc illi qui linguam laxant  
maledicam blaterantes iniungi eam onerosius, nesciunt  
quam matris uisceribus suos persequatur ecclesia. que in-  
firmos fert patienter, onerat autem nunquam. Quod  
autem immoderatus & τὸ ὑπερβολικὸν ἔργον multa ab ecclesie  
perfectis agantur, neminem credo bonum uirum esse, qui

## CONFESSIO.

non ex animo doleat. Manifestum autē ad nōntilla uer-  
gere conscientiarū tortores, ad quæ ecclesia suis præce-  
ptis non astringit, multa plane & improbat, sancta ec-  
clesia, ad quæ illi astringunt, quamuis pontifices & alij  
quorū interest, taceant interdum & reclamant. De qui-  
bus plane graue est loqui, longe autē grauius scribere.  
Nam hoc est pugnare cū seculo suo, qđ imprudētis ef-  
se & stulti existimant. Et nos quidem cū nemīe contē-  
dere uolumus. Veritati tamen sua suffragia, quāuis iras-  
cantur populi, & insaniant in nos p̄cipēs Ædom, ne-  
ganda nō sunt. Atqui nulla illis in cōscientiā onerandā  
potestas data est. Facile itaq; etiā hic exonerabit cōsciē-  
tia. Stulte enim turbamur, si nō cuius libidini & impe-  
ritiæ paruerimus, modo ecclesiæ fiat satis. Num Israel  
seruus est, aut uernaculus, ut est apud Hieremiā? Quid  
si uiuendum sub Turca, p̄scribente inutilia quædam  
animo tuo mandata. cruciatū ne menti indiceres, non  
obseruatis ad unguem ipsius imperijs, quasi propterea  
etiam inclementē Christum sis habiturus, si Turcæ in  
his quæ sunt animi minus pareres, cui nihil debes, quā  
in his quæ sunt huius mundi? Vbi ergo solius consciē-  
tiæ res gerit, & quæ ne tantillū quidem ecclesiam tan-  
git, inconsolabiliter mœres, si non faceffas, quod eccle-  
siæ noīe & p̄textu imperarit is cuius nō est talia im-  
perare? An p̄pterea male audiet ecclesia? Quocirca ex-  
pendamus nobiscū, quæ & quanta a nobis requirat ec-  
clesia, & rem aliquanto petamus altius. Qualē oportet  
esse populum Christianum, indicat in Epistola sua

## SECUNDVM GENVS

Petrus ille magnus Apostolus dicens. Vos estis gen<sup>9</sup> electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus qui in lucrum accessit, ut vires annūcietis illius, qui e tenebris nos uocauit in admirabilem lucem suam. Non em̄ uult nos Christus esse ex illa infamium, prophanorū. & carnalium fece, sed lucem suam in nobis resplendere, & ignem ardere, ita ut uita nostra offendat neminem, pebetur omnibus. Subdit id postea idem Apostolus. Obsecro dicēs tanq̄ aduenas & pegrinos, a carnalib, abstinere desiderijs, quæ militant aduersus animam, & conuersationem uestram habete bonam inter gentes, ut in hoc, quod obloquuntur uobis, quasi maleficis, ex bonis operibus glorificent deum in tempore uisitationis. Et ideo fideles omnes olim dicebantur sancti. Quo nomine Paulus pleroseq̄ ad quos scribebat, salutare solebat, ut statim in fronte Epistolarum agnoscerent, in quam dignitatem essent uocati, id quod alibi nō solū insinuat, sed aperte dicit, nēpe ad Ephesios. Quēadmodū ait elegit uos deus in ipso antequā iacerent fundamenta mundi, ut essemus sancti & irrephensibiles corā illo in charitate. Et eosdem, imo ipsorū noīe fideles omnes, conciuēs & domesticos dei uocat. Nec obticeſcit, quales sanctos uelit, cum subdit. Fornicatio & oīs immundicia, aut auaricia, ne nomine quidē inter uos, sicut decet sc̄tōs, & obscenitas, & stultiloquiū, & urbanitas, quę nō cōueniūt, sed magis gratiarū actio. Similit̄ & Colloceñ docet scribens. Sitis igit̄ induiti tanq̄ electi dei, sc̄ti ac dilecti uiscera m̄lerationū

## CONFESSIO. 73

comitatem/modestiam/lenitatem/longanimitatē sufferentes uos inuicem, & condonātes mutuo, si quis aduersus aliquē habet querelam. Talem populū multo antea præuidit Dauid psallens. Quis ascendet in montem dñi, aut quis stabit in loco sancto eius. Innocēs manibus & mundo corde, qui non accepit in uano animā suam, nec iurauit dolose. Hic accipiet benedictionem a dño, & misericordiam a deo salutari suo. Venit enim Christus ut saluaret nos, de inimicis nostris, & de manu omniū qui oderunt nos, ut absq; timore aduersariorum spiritualiū potestatū, coram ipso, in sanctitate & iusticia seruiamus. Tam sanctos/tā castos/tam incorruptos decet esse Christianos. Igitur primis tēpibus Apostoli & Episcopi/pastores scđm cor dei/magna cura excubias super gregem suū seruabāt, ne sanctus grex impiorū cōtagione deprauaret. Quod Solomon inter Prouerbia mandat. Cognoscens cognoscito uultū peccoris tui, & ad gregem appone cor tuū. Quib. uerbis pastoribus precipit, ut per seipso gregis curam gerant, habitudinemq; ipsius bene inspicientes (iuxta Prouerbiū, quod oculus dñi equum pascit, & agrum impinguet) & magis solliciti sint de multiplicādo illo quam minuendo. Diuus Chrysostomus Homelia. xvij, in Epistolam ad Hebræos, de his uerbis in hunc modū differt. In illa hora Diaconus sanctos uocans per uocem suam uelut maculas inspicit. Sicut enim in grege ubi multæ quidem saluæ sunt pecudes, multæ autē scabie plenæ sunt, necesse est, ut hæc phibeant a sanis, aliæ aut uiciatæ

## SECUNDVM GENVS

per hanc uocem prohibentur ab illis, penetrās ubiq; p uocem illam tremendam. Sacerdos sanctos uocans & atrahens. Quia em̄ impossibile est hominē scire interiora proximi. Quis enim scit hominū que sunt hominis, nisi spiritus hoīs qui in ipso est, hanc emittit uocem, postq; sacrificiū perficit, ut nullus simpliciter & quolibet ad fontē spūalem ueniat. Etem̄ in grege nihil prohibet, eodem iterū exemplo uti, morbidas quidem intro recludim⁹, & in tenebris habemus & altera nutrimenta tribuimus, neq; ex aere mundo, neq; ex pascuis puris, neq; ex fonte qui foris est eas pmittim⁹ sumere, & igit̄ ipsa uox p uinculis quibusdā est. Hec Chrysol. Hunc etiā locum supsticiosuli quidam interpretes ad forum conscientiarū trahunt, quasi huc respexerit Salomon, ut pastori incuinbat, oīm subditorum cogitationes, que conscientiam infestant, cognoscere & diiudicare. At sapiens iubet exteriorē habitudinē spectandā, quomodo se pecus habeat, num aut strigosum sit, aut macilentum, aut impurum, num indies obesus & pinguius. **¶** **¶** dicit nō **¶** uultū nō uiscera, exteriora, non interiora. Atqui conscientia in penitissimis sita est penetralibus, eiusq; scrutiniū deus sibi reseruauit. Preter exteriorē conuersationē in fratre frater iudicare potest nihil, criminatq; quā diu ignota sunt, & in occulto patrātur, condemnare publice nequit. Submouebātur a primis illis pastorib. ab ecclesia n̄ quorū flagitia innotescebant, ut Tessalonicensibus mandat Paulus. Precipimus uobis dicens fratres per nomen domini nostrī

## CONFESSIO. 32

Iesu Christi, ut subducatis uos ab omni fratre, qui inordinate se gerit, & non iuxta institutionem quam accepit a nobis. Idem & cum Corinthiis agit. Inquit enim, Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis infermentati. Scripsi uobis per Epistolam. Ne de nouo commisceremini cum scortatoribus mundi huius, aut cum auaris, aut cum rapacibus, aut simulacrorum cultoribus. Item si quis cum frater appellatur, fuerit scortator, aut auarus, aut simulacrorum cultor, aut conuiciator, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi, ne cibum quidem capiat. Et iterum ibidem legimus. Sustollite eum, qui malus est ex uobis. Sane scelestus quisque fermentum est, & massam corrumpit. Vult autem nos omnes confundi in unam massam *ἅμων*, ut fiamus delicatus panis Christi adglutinati spiritu eius in fide & charitate, & in unum eius mysticum corpus transeamus, & uere ipsi incorporemur. Qua de causa scilicet Christus semetipsum nobis sub panis & uini specie exhibet, ut eo mysterio sibi conciliati, in ipso maneremus, & ipse in nobis. Neque enim uisibilis panis, qui pascit uentrem, in sacramentum proponitur, sed sub symbolo illius, uiuus iste qui descendit de coelis ipse Christus Iesus dominus noster. Qui amoris nimietate, sponsae suae ecclesiae ita afficit, ut eam in unam carnem sibi associet. Qualem autem? Non rugosam, non maculatam, sed rugae, maculaeque omnis expertem, sanctam & irreprehensibilem. In hunc panem, in hanc carnem in hoc coniugium Christiani transeunt. Corporis huius membra non possunt esse increduli, hoc conubiū

## SECUNDVM GENVS

ignorant impuri, panjs ille nō uiuificat infideles. A quorum oīm consuetudine Apostoli, & hodie qui ueri pastores abarcent nos, nō solum in templis, sed in oīni cōuictu, atq; adeo licere nolūt eos salutari, aut cum eis cibum accipi. In templis autem & sacris multo maxime cōuenit, ne communicemus impijs & infidelib. Quid ergo piaculi, si scortatoris manifestarij sacra fugiam? & de manu Simoniaci pasci horream? An quia conuiuent Episcopi superiores, & impune licere turpia sacrificis sinunt, sanctiones Apostolicę curandę non sunt? An contagiosi non sunt, clerici, auari, & impuri. Laici autē abominabiles, si eiuscemodi fuerint? Et fugere oportet quos excōmunicat homo, deus autē fortassis absoluit & commendat, uitare non licet, quos excōmunicat deus, commendat homo? Sed hec alias. Ea tamen hic attigisse non fuit absre. Refert enim haud parum scire, in qua ciuitate, & inter quales uerferis. Minus onerosa sunt, quę cum bonis feruntur. Bene institutę ciuitatis legibus minus obmurmuratur. Atqui maxima sanctissimaq; omnium respublica est ecclesię, cuius ciues, cœlites sunt, licet in terra peregrinantur, angeli sunt, licet carne uestiantur, reges sunt, licet <sup>ὡς περιφρουρα</sup> habeant. Non potest autem nō esse sanctissima, cuius leges a sola charitate dictant, in qua nemini quę sua sunt quærere fas est, extra quam nemo non miser, intra quam nemo non beatus. Quid ergo grauabit, quod ista imperat, Aut quid ista imperat, quod non sponte subeundum? nec mirum, nihil enim ea mitius. Atq; adeo

## 27 CONFESSIONIS. 12

cum feueriffima uidetur, totius equitatis est exemplar.  
 Nulla tamē bonis legibus instituta ciuitas est, quæ isti  
 comparata, non uincatur benignitate in delinquētes.  
 Sane Rhoma quauis bestia efferatior. Athenæ barba-  
 rissimæ, Lacedæmon ciuium amatrix, suorum est de-  
 uoratrix. aliæq; omnes, ad hanc collatæ sanguinariæ  
 sunt. Age. quando iustissime, quare puniunt malefi-  
 cos? non tum id agitur, ut emendentur, sed ut pere-  
 ant rei, & pereant in æternum, modo salua subsistat  
 sua respublica, interim quadam repentina necessitate  
 urgentur ad sumenda de facinorosis supplicia, interim  
 inanis gloriæ cupiditate extimulant, interim furibūda  
 crudelitate humanū sanguinē sitiūt, ferme nunquā nō  
 priuato uel odio, uel cōmodo ducunt, & sepe nō rā ob-  
 latos noxios plectūt, q̄ puniēdos q̄stionib. ingrūt. Et si  
 spectes, qd cōmiserint rei, sepe minus mali sunt, quā a  
 quib. iudicant, grauis pēna leuē culpā sequit, & mini-  
 mi criminis eternū est suppliciu. Nū aliqs humanitati  
 locus int̄ puniendū. Minime terribilia oīa sint oportet  
 Ad triste spectaculū, insultabundū uulgus cōfluit, hor-  
 rendo apparatu instruunt choragia, spiculatores reorū  
 latera cingunt, tormēta añ oculos pferunt, spectatores  
 hūano sanguīe imiseriordes pascūt oculos. Cōtra, Eccle-  
 sia illa Christiana mris q̄ iudicis fungit officio, aberrā-  
 tes filios immedicabilib. lacrymis deplorat. Illis timet  
 sibi timet nihil, certa a Ch̄o se nunq̄ derelinquendā,  
 certa nec inferi portas aduersum se præualituras. Pro-  
 inde innoxias manus a fundendo sanguine cōtinet, nō

## SECUNDVM GENVS

*irreuerſio & reſeruatione*  
igne extinguit, nō questionib. exanimat, non laqueo lo-  
quentis guttur strangulat, non ferro linguā aut caput  
preſcindit, ſed gladio uerbi dei inuadit, uinculi ſcriptu-  
ræ irretit, igne diuini ſermōis examinat, in extrema au-  
ſteritate, conſortio interdicit, matrem ſe fore diſſimu-  
lat, cum nihil tam agat ut matrē. Alioquin paratior ce-  
di, quam cedere, pro ſalute filiorum etiam ſanguinis ſui  
p̄diga, periculis ſe obijcit, ignominiam p̄ gloria, mor-  
tem pro lucro ducit. Dolet nō tam damnū ſui, quā ſpō-  
ſi offenſam, quam perditorum filiorum pericula. Neq̄  
errantib. mortem intentat, ſed prænunciat, nō ut terre-  
at, ſed ut reuocet, ut eripiat, ut uiuificet. Redeūtes ingē-  
ti gaudio exceptos, charitatis brachijs amplexatur, cō-  
donans errata, & curans uulnera, neq̄ id ſemel tm̄ fa-  
cit aut iterum, ſed ſepties, & ſeptuagies ſepties. Quid  
hac matre indulgentius? Porro clementiā prudētiæ  
ſuauiſter attemperat, ipſa em̄ mulier illa ſapiens eſt, de  
qua Solomon prædixit. Os ſuum aperuit in ſapientia,  
& lex clementię in lingua eius. Nam ſapienter clemēs,  
& clemēter eſt ſapiēs, conſideratq̄ ſemitas domus ſue,  
ita ut filij eius ſurgant, eamq̄ beatificent. Quod nō fie-  
ret, ſi cum aliorum filiorū iniuria, tantū indulgeret filio  
perdito, ut ſordētem adhuc ad perturbandum conuiuiū  
introducatur. Male. n. olet aliquandiu peccator, tamen ſi in-  
tra ſe melius habere incipiat. nec impune eſſe debet. ſan-  
ctos dei inhoneſta cōuerſatione offendiffe. Sed neq̄ in-  
rem poenitētis foret, ſtatim ad ſancta ſanctorū admitti,  
& ad primos honores p̄uehi. Rarior em̄ eſt inculpata

## CONFESSIONIS.

poenitentia, quam seruata innocentia, & uix fieri potest, ut qui semel fuerint illuminati, & participes facti spiritus sancti, gustauerintq; bonum uerbi dei ac uirtutes futuri seculi, si plabant, denuo renouentur p poenitentiam, adeo periculosum est quod uulgo aiunt canem intestina gustasse. Proinde ecclesia ueteri more, ubi oues aliquas ex luporum faucibus eripuerit, eas tam diu ab alijs separat, & pro morbi grauitate poenas moderatas iniungit, donec confirmatas intelligat. Sunt quaedam crimina tam immania, ad quae eluenda per oem uitam erat poenitendum, pro alijs statuebatur poena, aut uiginti, aut quindecim, aut decem, aut septem, aut triu annorum, aut unius, aut aliquot mensium. De quibus & conciliorum, & sanctorum patrum canones adhuc extant. Qui tamen non Apostolorum temporibus sunt conditi. Nam cum sub persecutionibus cresceret ecclesia, templorum uice priuatae domus erant, nec statim fundatae Basilicae, donec res pacatiores factae. Excludebat itaque tum quisque domo impios, aut cum nunc hoc nunc alio loco ecclesia cogere interdicebat, ne quis ad sacra, criminosos & infideles aggregaret. Pura non nisi puri tractabant. Postea aut tranquilliori statu res esse, templaque ceperunt extrui, pro be etiam hoc curatum, ut & in templis, quantum homini licet, uisere, e qua classe quisque censendi forent. Erantque ordines quinque, Qui respicebant peccatores, ante fores ingredientibus, ac egredientibus supplicabant, ut pro se apud ecclesiam patrocinarerentur. Confitebantur autem delictum suum, testabanturque se iuste excludi. Nec insul-

K

## SECUNDVM GENVS

tabant, nec improperabat eis a fidelib. sed ad poenitentia arma animabant non sine magna de reditu congratulatione. Locus ille uestibularis, *προκατασβε* dicebatur. Cum autem specimen emendationis uite prese tulissent, intra portam aditus illis patebat in auditorium, ut cum catechumenis astart, pabuloq; diuini eloqui pasceretur, interesse tamen precibus eis non licebat. Euehebantur dein processu temporis, & spectata eorum perseuerantia ad Hypoptosin, quo loco, licebat eis audire uerbum dei & adesse precibus, post preces tamen cum catechumenis egrediebatur. Quarto merebantur constanti poenitentia, nullis abarceri sacris: tamen si comunione nondum digni censerentur. Tandem & postremum omnino purificati, & pristinae incolumitati restituti ad sacrosancta illa mysteria admittentur. Et magna sane felicitas in puro Christi grege, & sancto corpe numerari, Christi carne pasci, Christi sanguine potari, atq; id cottidie, primaeui rigoris & austeritatis summa erat, propter crimen submoueri a sanctorum consortio. Insignite autem pietatis argumentum, nullum non poenitentem amplo excipere sinu. Neque hanc uim aut temere sibi ecclesia usurpauit potestatem discernendi sanctos ac profanos, Christi nostri donum est, quo insignem remunerauit fidem. Nam quas Petrus accepit clauas, ecclesiae date sunt. Et Petrus eas non suo, sed ecclesiae nomine accepit. Nam quod factus est Christum filium dei uini, non pro se solo, sed pro Apostolis omnibus, & tota ecclesia confessus est. Ideo petra supra quam fundata ecclesia non solius petri fides est, sed omnium una fides. Rogabat

## CONFESSIO. 13

Christus nō ex solo Petro, quē se diceret, sed ex oībus  
 dicens. Vos autē quē me dicitis. Petrus uero ore oīm  
 respondit. Itaq; quæ Petro dicta sunt, dicta sunt & om-  
 nibus, & quorū una est fides, una est & potestas. Nam  
 quod eo loco singulariter Petro dicit. Dabo tibi clauē  
 regni cœlorū, & quicquid solueris in terra, solutū erit in  
 cœlis, & quicquid alligaueris, erit alligatū & in cœlis.  
 Idipm nō multo post clare plurib. dicit in hūc modū.  
 Quęcūq; alligaueritis sup̄ terrā, erūt ligata in cœlo, &  
 quęcūq; solueritis sup̄ terrā, erūt soluta & in cœlo. Et in  
 eandē sententiā Cyrillo teste dictū apud Ioannē. Quo-  
 rumcūq; remiseritis peccata, remittunt̄, & quoruncūq;  
 retinueritis, retēta sunt eis. Vbi tā ea q̄ p̄cedunt, q̄ quæ  
 sequunt̄ indicāt ecclesiæ a Christo illasce clauē datas.  
 De retinendis peccatis præmittit̄. Si te nō audieris, dic  
 ecclesię, Quod si ecclesiam nō audierit, sit tibi tanquam  
 Ethnicus & publicanus. De dimittendis aut̄ subditur,  
 nō modo septies, sed & septuagies septies fratri in nos  
 peccati ignoscendū. Hæc licet magis sint dicta ad una-  
 nimitatē inter nos cōciliandam, probant tñ, qđ ea q̄ in  
 mediū eorū interserunt, nō ad unū & alterū, sed ad uni-  
 uersitatē chrīanorū spectare. Et p̄clara sane sunt quę his  
 uerbis ecclesię sunt cōcessa, ut q̄scūq; ī catalogo suo cō-  
 scribit, uel expūgit. cōscribant̄, uel eradant̄ e libro cœle-  
 sti. Nec dicit Chrs. Quē annūciaueritis ligatū, sed quē  
 alligaueritis, is erit alligatus & in cœlis, & non quem  
 dicitis solutū, sed quem solueritis, is erit solutus in cœ-  
 lis. Nō propterea quis ligat̄, si p̄nunciatur ligatus esse,

K ij

## SECUNDVM GENVS

sed qui ligatur, ligatus est. At quomō potest homo sol  
uere, uel ligare, dimittere uel retinere pctā, cū hoc soli  
us dei sit. Non posset homo, sed acceptis clauib. ipsarū  
ministerio potest. O admirabiles clauē, per quas cœ  
los aperimus, penetramus infēna securi. Et quānam  
illā? Fides sunt Petri. Fides em̄ illa aperit conscientias  
excludit peccata, compeditos peccatis soluit, tenebras  
diaboli discutit, ut lux Christi adueniat, & fulgeant opa  
iusticiā. Fides etiam ligatum in cœlis facit, & clausum  
p̄petuo relinquit, si quis illius fulgore non illustretur,  
& peccatorū nodis innexus relinquaē. Et hęc quidem  
fides agit. Quod si quis hac alicui reseruauerit uel oc  
cluserit, cœlum huic uel apertū uel clausum erit. Quin  
& si quis Petrus fuerit, & apud deum, licet nō apud ho  
mines habeatur Episcopus, nempe qui sine crimine / so  
brius / iustus / pius / temperans / tenax eius / qui scđm do  
ctrinam est fidelis sermonis, ut potens sit etiam exhor  
tari, per doctrinam sanam, & cōtradicentes uincere, &  
ceteris episcopalib. uirtutib. quas Apostolus cōmemo  
rat est insignitus, diuino tñ fungi officio, & quem di  
cit ligatum, ligatus erit, & solutum si quem dixerit, solu  
tus erit. Neq; em̄ folium aut uerbū de ore arboris uiri  
iuxta aquam gratiarū plantatē peribit. Nec fieri potest,  
ut declaret solutū, quem relinquit ferreis peccatorū cō  
pedibus intra greas infidelitatis portas obligatum, uel  
p̄nunciet uinctum, quem ut ceruum saltare, sicut Isaias  
dicit, & uiam mandatorum, p̄obtinendo brauiō libere  
& *auerasē m̄* currere uidet. Hinc illā censurā quibus

87 CONFSSIONIS.

recipiuntur alij, alij autem eijciunt. Quam potestatem ab ecclesia accipiunt sacerdotes & Apostolici uiri, & quib. illi suo ecclesiæ nomine demandant. Hi dum puinciam suam strennue & diligēter administrant, & uinctos aliquos uel liberos pmulgant, ipsos uinculis adamantinis expeditos uel impeditos etiam deus approbabit. Sin ppria sectati commoda, indignos tanto loco se prestiterint, utpote ociosi/speculatores cœci/cænes muti, quicquid statuunt, nō erunt ideo impuri pueri, neq; puri impuri. Neq; sentētia ipsorū falsa a deo confirmabitur, tantū/opinionē quandā infirmo uulgo ingenerabunt, & tyrannide potius quā pietate radices in altum agent. An forte operatione & efficacia characteris, quem uafre simul ac incite cōmenti sunt, ligati ipi, ut alijs, & ita & clauib. utentur? At nihil nobis cū hisce gerris, ut docte Origenes ait. Ridiculum est, si dicam<sup>9</sup> eum qui uinculis peccatorū suorū ligatus est, & trahet peccata sua sicut funem longū, & tanquā iuge lorū uitali iniquitates suas, ppter hoc solum, quia episcopus dicitur, habere huiuscemodi potestatem, ut soluti ab eo soluti sint in cœlis, ligatiue in terra, ligati sint in cœlis. Sit ergo Episcopus irrephensibilis, qui alterū ligat, aut soluit dignus ligare uel soluere in cœlo, sit sobrius, castus, ornatus, alijsq; pontificijs meritis clarus, nō iniuste ligabit uel soluet. At si quis fuerit, ut ita dicam, Petrus, & nō habuerit uirtutes a Paulo recensitas, ipse se fallit non intelligens scripturas, & inflatus incidit in iudicium diaboli. Et ita quantū ad culpā peccati attinet,

K iij

## SECUNDVM GENVS

Vides quid possit homo: nisi quem doctrina aut uitæ exemplo soluerit uel ligauerit, nihil aliud agit, quæ ut solutum, uel ligatum apud deum monstret. Quibus diuus Hieronymus his uerbis astipulat. Istum locum (de clauibus) Episcopi & Presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de Phariseorum supercilio assumunt, ut uel damnent innocentes, uel noxios se soluere arbitrantur, cum apud deum non sententia sacerdotum, sed reorum uita quærat. Legimus in Leuitico de leprosis, ubi iubetur, ut ostendant se sacerdotibus, & si lepram habuerint, tunc a sacerdote immundi fiant, non quo sacerdotes leprosos faciant & immundos, sed quo habeant noticiam leprosi & non leprosi, & possint discernere, qui mundus, quiue immundus sit. Quomodo ergo ibi leprosus sacerdos mundum uel immundum facit, sic & hic alligat uel soluit, Episcopus & presbyter, non eos qui insontes sunt uel noxii, sed pro officio, cum peccatorum audit uarietates, scit qui ligandus, qui soluendus. Et uerba Hieronymi hæc esse nemo inficiabitur, tamen si arrogantes quidam uellere ausi sunt, docentes quod probare nullatenus possunt. Unus omnium consensus in hoc concordat. Peccatum a deo remitti, a sacerdote dimissum indicari. Sed præter mentem scripturæ, de suo dicunt Theologastri, sacerdotum arbitrio partem poenarum a deo decretarum, & summi pontificis autoritate, omnem poenam, quæ alioquin uel hic, uel in purgatorio esset ferenda uel relaxari, uel omnino aboleri posse. Vide quid non sibi permittat temeraria in sacris literis impia. Non uere diuinum iudicium inuadere. Pollicetur se poe

25 CONFESSIO. 33

nas a deo constitutas auersurā, promouet pomeriū iurisdictionis ecclesiasticę, usq; ad purgatoriū. Hinc excommunicationū fulmina nec innocētibus parcentia. Hinc illę indulgentiar; nundinę & imposturę. Fatemur & nos pœnas a sacerdotib; condonari, sed quę ab homine iniunctę sunt, illę scilicet, quę p crimibus iuxta canones sanctorū patrū & conciliorum ferendę essent, sed cum hodie illę arbitrarię sint, si nō iniunguntur, quid indulgentijs, quid septenis, quid quadragenis opus? An deliberauit deus cū homine, quot horarū uel annorum suppliciū alibi p peccato exacturus sit. Si te ecclesia nō alligat, nō absoluit. Pœnas ex te nō petit, & tibi opus credis indulgentijs? Sed huic errori Lutherus noster fideliter occurrit. Nos hic admonemys nihil iuris esse cuiquam, uel Episcopo uel sacerdoti in pœnis a deo statutis, & maxime post hanc uitam. Quem Paulus sathanę tradidit in carnis interitum, ita tradidit, ut spiritus saluus fieret in die iudicij. Neq; hoc uola fert charitas, ut homo hominem in infernū deuoueret, etiam si maxime possit, hic ligat homo hominem, hic & absoluit. Et quis nō uidet indignū iudiciū, si q; deplorasset pctā cottidianis lacrymis, corpus castigatū in seruitutē subegisset, crebrius dispartitus esset eleemosynas & mori nondum placata sacerdotū indignatione, illi omnē alibi etiam spem adimi. Et alius male sibi conscius, & cottidie sacrificans melius illo habeat. Lazarus Christus e morte ad uitā sua uoce reuocauit, quę nō potuissent omnes Apostolia minimo cruciatu in-

## SECUNDVM GENVS

*Instituta est tenuis fasces  
que solo in manu patitur ambigere*

ferri liberasse. Alioquin multū laudis tam p̄claro mi-  
 raculo decresceret. Iussit ergo Christus, ut homines de-  
 uoluerent saxum, & Apostoli institam & sudariū pro-  
 deuntis & impediti adhuc mortui dissuerent. Eodē uer-  
 bo Christo si collibuisse, quo uiuificatus est mortuus,  
 eodem dissiluisse & saxum, dirupti essent & funiculi  
 quib. ligabat. Verum quia homines saxum abuoluerāt,  
 & institis mortuū insuerant. Mors autē diuinę iusticię  
 p̄cena erat, ideo Christus, quę dei erant, solus uerbo p̄-  
 ficiebat, quę hominū, hoībus reliquebat. Idem & in ex-  
 citandis spiritualiter mortuis facit, p̄cenas a deo iniun-  
 ctas, ut remittat, nullum adsumit adiutorem, humanas  
 autem p̄cenas hominib. reliquit relaxandas. Quas ne-  
 quāq̄ dimouere oportet, donec uideamus p̄babilibus  
 argumētis, mortuum ad uitam rediisse. Alij de his sinu-  
 ola uolumina scribunt, ut pusillanimes terrent. Nobis  
 tantillum cōmonuisse sat uideēt, ne hinc, quod multis  
 contingit, onerosa uideatur confessio, quib. plus æquo  
 ecclesiastica potestas formidabilis est. Ecclesia, ut dixi,  
 mater est blanda, & sponsi, in cuius odore adulescētū-  
 lę currunt, mansuetudinē olet. Ecclesię autē Præsides  
 in ædificationē, nō in destructionem dati sunt, & est  
 aliquotta pars bonę agricolatiōis, facinorosorū extirpa-  
 tio, non ut in uniuersum pereant, sed fructum faciant.  
 Soluent te, si eos audieris, ligabunt si contēpseris. Ape-  
 rient coelos, tu modo sequere. Claudent, si tibi tam dul-  
 ces tuę tenebrę. In summa, illi non tam potestatem q̄  
 curam nostri habere debent, tametsi aliquorū tyrānorū

## CONFESSIO. 118

insolentiæ cum cæteris huius seculi necessitatibus facilius toleratur, quæ emendantur. Magna tamē spe sumus, si nobiscum tyranni ecclesiæ durius agant, si sacerdotum denegetur copia, Qui uitam reddidit mortuo, is faciet ut ligati etiā in institis progrediamur, & tantas uires supeditabit, ut illorum uincula, aut nostro impetu dirumpamus, sicut demoniacus ille sepulcrorum inquilinus, aut si res postulat, patiēter feramus. Ex dictis clarū est, quod de animaduersionibus, quibus ecclesiā puritatē suā seruare nititur incoinquinatā, nihil conqueri licet. Facilius enim feruntur, quæ cum sanctis, & quæ iuste, & quæ ad nostrā emendationē, & quæ ab his quibus est ius in nos animaduertendi. Quāto ergo minus molesta est confessio, quæ animaduersiones illas facit tolerabiliores, quæ ad promerendā ueniā, fores patefecit, quæ non uerberibus, sed uerbis constat. Apparebit autē ex his, quæ subsequuntur, nec aliam aliquā esse rationem, ob quā horrenda sit confessio, maxime quantū exigit ab ecclesiā. Quam nequaquæ efflagitaret, si citra eam, uera constaret poenitentia. Non enim curiosula est, neque oblectatur in pnoscentis aliorū erratis, sed omitti non debet, absque quā nulla speratur uite emendatio. Qui tam præfractæ mentis est, ut obiectum crimen quod nequit excusare, non agnoscit, nec humilius ignosci petit, quomodo inter pios, quomodo inter poenitentes numerari potest. Ceterum si nostrum seculū ad prisca conseras offendes catholicam ecclesiā, hodie nihil onerosius iniungere, sed aliquāto indulgentiorē uideri, non enim ausim dicere,

L

## SECVNDVM GENVS

esse, qñ quidē sui semp similis est. Loquor autē de sc̄tā illa, nā q̄ extra illā aguntur, talia sunt plerūq̄, ne ullis colorib⁹ possint honestari. Vide, oro, quā parū sit, qđ ecclēsia catholica de cōfessiōe statuat. De absconditis em̄ nō est sollicita. Et est apud aliquos scholasticos doctores. Ecclesiā nō posse prācipere nisi actū exteriorē, nec posse prācipere aliquā satisfactionē, nec poenā imponere p̄ actū interiori. Vnde qñ dicit, qđ pctā sua oīa cōfiteatur, qđ ad pctā cordis esse cōsiliū, qđ ad exteriora esse p̄ceptū. In quā sn̄iam conueniūt plerūq̄. Verē fidēter & hoc dixerim nō esse ecclēsię, ut p̄cipiat homini, qđ cōfiteatur, peccatū etiam grande quod nō sit cuiq̄ alteri cōgnitū. Quęsi mea sentētia alicui displicet, displiceat & quod Chrysostrōmus ardētissimus poenitētię preco dicit in Epistola ad Hebræos. Persuadeamus nobis peccasse nos, nec hoc sola lingua p̄nunciet, sed etiā intima cōscientia, nec tm̄ nos esse peccatores dicamus, sed etiā peccata specialiter cōputemus. Nō tibi dico, ut te prodas in publicum, neq̄ te, ut apud alios accuses, sed obedi te uolo prophetę. Reuela dño uiam tuā. Ante deū pctā tua cōfiteri, apđ uerū iudicē cū orōne delicta tua p̄nuncia, nō lingua, sed cōscientię tuę memoria, & tūc demū spera te misericordiā posse cōsequi. Et in alio loco, Peccata tua dicito, ut deleas. Illa si cōfunderis dicere, quia peccasti, dicito illa cottidie in aīa tua. Nō dico, ut cōfitearis ea seruo, ut exprobret. Dic deo, qđ curet ea. Nā licet nō dixeris, nō ignorat ea deus. Dicito ea in hac uita, ut habeas requiē in alia. Quęso, quid illud qđ si

277 CONFESSIO.

gnāter ait, non lingua, nō seruo, nō apud alios accusēs.  
 Quāsi authoritas eius nō satisfact, Pergamus ad sacras  
 literas, & nō inueniemus aliquē, qui suū flagitiū publi-  
 caris, aut alteri pdiderit, quod nō iā antea innotuerat.  
 Obijcies fortassis Achan, qui spreto mādato dñi, e spo-  
 lijs abstulit, palliū Babyonicū, ducētos siclos argenti,  
 & regulam aureā quinquaginta siclorū, ad pditionem  
 sceleris sui a duce Iosue adactū. Verū Achan iā sorte in-  
 famatus erat, atq; adeo, ut nemo tum fuerit, qui nō sce-  
 lestius & grādius aliqd suspicari potuisset, qñquidem  
 ppter eum triginta sex Israelitæ in bello perierūt ma-  
 gna ouatiōe hostiū. Sane fors qua pditus est, ea tempe-  
 state septem uirorum testimonio euidentior erat, neq;  
 tergiuersatiōis locus ullus uidebatur. Insuper quod ple-  
 ricq; Hebræorū uolunt, non erat clam filijs & filiabus  
 suis, qui alioquin ab incendio liberari poterant. Præte-  
 rea ubi legitur. Sic & sic feci. Narrant, quod aliqua an-  
 tea e predis sub Mose surripuerit, & nup aliqua sub Iosue,  
 aliqua in profectioe, aliqua iam transito Iordane.  
 Quæ si tam ex sacris haberemus literis, quam tra-  
 ditionib. Iudæorum, non infelices allegoriæ paterēt,  
 a quibus in re seria lubens abstineo. Sed Dauidis quo-  
 q; iniquitas non omnino latebat. Conscia erat Bathsa-  
 ba, conscij erant qui concepisse Bathsaba nunciabant,  
 Suspiciabantur nunciij, qui eam regi sistebāt, Suspicia-  
 bantur familiares, ut male in principū aulis tegunt sce-  
 lera, tamen ipsa tanq; a mēstruo se sanctificās pollutā  
 dissimulabat. Mortuus erat in bello Urias, Accusabat

## SECUNDVM GENVS

turgens pregnantis uterus, acculabat infantulus nondū editus. Tandem confessionē extorquebat Nathan propheta. Manassis autem facinora quis occulta dicet, qui uix post occisos Prophetas, uix post multa flagella irē diuinæ, uix in captiuitate resipuit. Vnde ex his nō probabit aliquis detegenda occulta. Quin hoc magis est, aperta nō tegere, & reprehendēti deo nō contradicere. Nihil etiā arguit id quod in Leuitico legit. Si peccauerit unum aliquid de istis, confiteat peccatū quod peccauit. Sic Hebraica & Græca habent exemplaria, nostri autē codices longe secus. Nam omissis nonnullis uerbis, tm̄ dicunt, poenitētiā agant p̄ p̄ctō. Mirū quod libri nostri confessionis ne memoriā quidem faciunt, si itā tum hoc loco reconditū est mysteriū, quod neglectū est à nostris interpretib. Verū eo loco de trib. peccatis loquit lex. Nempe si quis falso iurantē nō arguit, si oblitus morticini, uel cuiusuis immundicię cōtactu se pollutum, atrium tabernaculi ingredit, si quod incautus labi ten<sup>o</sup> uouit, corde nō dū firmatū nō adimplet. In his pponitur confessio, sed nō in grauioribus quæ latent. Sed ista eiusmodi sunt, quę nō ualde famam denigrāt, etiam pronunciata, imō excusabilia sunt ppter humanam obliuionem & imbecillitatē. Expresse em̄ de his, quæ per negligentiam contigerunt, & oblitis loquitur. Quod in eandem ferme sententiā, etiā in Numeris habetur. Aut satisfacimus nos legi: si id Christo spiritualiter offeramus, & confiteamur, quod hi qui sub lege cōparandi suis sacerdotib. Christi typum gereūt. Cum

## CONFESSIO. 88

ergo de occultis nihil precipitur, etiam hinc non est quod  
conqueraris. At si sunt Episcopi, qui hoc extorquent,  
ut sunt qui facinora quaedam in inferioribus sacerdotibus  
in aurem secretius reuelata ad se referri uolunt, certus  
esto, eos non esse fideles dispensatores, & ministros eccle-  
siae, quouis id praetextu exigunt, nam id nec inferiori-  
bus sacerdotibus, nec illis qui confitentur iure possunt man-  
dare. Quare pone metum, nihil illis debes. Nolumus tamen  
propterea te excusatum putes, ut si posterior dies quae multa  
detegit, aliquod scelus tuum facinorosius in lucem profer-  
rat, de eodem ecclesiae etiam coram superiori sacerdote non fa-  
cias satis, praesertim denunciatus. Eadem de causa  
nihil formidandum tibi, si quid occultorum, silentio uel erube-  
scentia, uel obliuione praeterieris, non enim propterea ab in-  
tegro repetendam confessionem praecipit ecclesia, quae unum  
crimen etiam manifestarium non solet iterum atque iterum punire.  
Equidem maior ipsi cura est, de abolendis quam reuelan-  
dis criminibus, malletque pro moderato zelo suo, ea soli  
deo, & non sibi reuelari, si aequae expiarentur. Porro quod  
dixi eam hodie aliquanto indulgentiorem suis, quam olim, huc  
tendit, quia minus seuerè animaduertit. Ut alia missa  
faciamus, Certum, non fuisse Priscis in usu, auricularem  
illam confessionem, cui nunc tantum tribuunt, sed pande-  
bant crimina, uel Episcopo uel sacerdoti. Quid inquam  
nullum tum erat inter sacerdotem & Episcopum discrimen,  
diuque quantum ad iniungendas poenas neutri maius ius  
fuit. Fiebat autem confessio denunciatis, alijs iuxta do-  
minicam & euangelicam constitutionem, Qui uero seipso

L iij

## SECUNDVM GENVS

accusabant, mitius tractabatur, eo quod ampliore respicientia indolem praese ferebant, quam qui testium numero & euidentia conuincebantur. Praeter hanc confessionem haud norunt aliam praecipiam. Quod licet constanter negent Theologice scholastici, & eorundem erroribus imbuti Canonistae, Quorum alij confessionem illam nostrorum temporum a Christo, alij ab Apostolis institutam tradunt, sed inter se digladiantur, & minus idoneis uel testimonijs, nihil probant, & quam hoc libro asserimus confessionem Christiano non esse onerosam ipsi ex confesso testantur esse multo grauissimam mole. Et profecto ita esset, si eorum praescriptis per omnia foret parendum. Hinc illa uulgi murmura, de ferreo seculo, de grauiori iugo filiorum tenerorum, quam adultorum uirorum, de scorpis Roboam. At non sunt boni illi patres memores nihil tam Apostolis curae fuisse, quam ne quid oneris a pseudopostolis credentibus innecteret. Id quod prope semper agit Paulus. Simili de causa restitit Petro. Eam ob rem primum conciliium coactum est Hierosolymis, in quo Apostoli, & uerbis & literis testati sunt, quam nolint uel minimo onerulo premi, credentes in Christum, Visum est inquit spiritui sancto ac nobis, ne quid amplius imponeremus uobis oneris quam haec necessaria, uidelicet, ut abstineatis ab his quae sunt immolata simulacris, & sanguine, & suffocato, & scortatione. Ex quibus luce clarius hoc Apostolis non impunitum. Insuper nec ex ullo Christi uerbo, quibus se torqueant declarabunt. Nam quae Paulus ait. Quaecumque alligaueritis in terra, erunt ligata in caelo, &c. Et quaecumque remiseritis peccata,

## CONFESSIONIS.

remissa erūt & c. quā nō faciāt ad hui<sup>9</sup> confessiōis insti-  
tutionē, supra ex ueterū sentētia satis demonstratū. Si-  
militer / q<sup>d</sup> dñs leprosis p̄cepit, sacerdotib. sese ostende-  
re, & q<sup>d</sup> discipulos iubet suscitati Lazari uincula rescin-  
dere longe alia indicant, q̄ ut priuatim, & in angulo cō-  
fitearis, nō tam manifestans te sacerdoti, quā ab eo abs-  
condens. Rectius ad publicam p̄nitentiam spectāt.  
Quomodo interpretantur & ueteres, quib. de hac no-  
stra cōsuetudine cōstabat nihil. Afferāt hi magistri uel  
unā literā ex sacra scriptura, aut aliq̄ cōsuetudine prime  
ætatis edoceant, ut sententiā suā pbent. Verum hūc nō  
fuisse morē ueterū, uel ex paucitate sacerdotū colligit.  
Atq<sup>ue</sup> adeo, quō fieri potuit, ut cū cottidie in sacrosanctis  
& tremēdis mysterijs fideles cōicarēt, essentq<sup>ue</sup> i popu-  
losis ciuitatib. p̄pauci sacerdotes ōcupati magis in an-  
nunciādo uerbo dei, & exponēdis scripturis, q̄ ut oīa  
oīm errata audirēt. Sacerdotū aut nō tantā fuisse nume-  
rositatē, q̄ta nūc est, nō dico, q̄lis, certū est. Nā & plebi  
aliquātē sufficiebat sacerdos cū Diacono. Cautū itē in  
Neocēsariēsi cōcilio, ne uel i amplissima ciuitate plures  
essent, diaconis septē. Et q<sup>s</sup> nō dicet, etiā tū m̄kos, imo  
oēs mortalib. fuisse p̄ctis irretitos. De q<sup>bus</sup> tū nō publi-  
ce reddebant rationem ecclesiæ, sed confitentes deo, &  
p̄nitentes intra se ipsos, ueniam participatu eucharis-  
tiæ consequēbātur. Iam quomodo ecclesiæ p̄cepto  
nō paruerūt sanctissimi heremitæ oīm mortaliū fugiē-  
tes cōmercia, & tū inter feras ducētes cōsuetudinē. In-  
sup hāc auriculariā cōfessionē nō esse a Ch̄o institutā

## SECUNDVM GENVS

hinc colligi potest, nam multæ nationes alioquin non minus q̄ nos euāgelicis uiuentes constitutionibus, hāc traditionē nō curarunt. Neq̄ ea toti orbi quę urbi p̄ sua sunt, neq̄ <sup>et ab alijs</sup> est consuetudo, quæ Romana, Vniuersi orbis, & oīa a Christo seculorum cōsensus uerissime nobis Christum, & Christiana dogmata demonstrat, quoties inter nos scripturis rixamur. Ecce hic est Christus, ecce illic, ecce in deserto, ecce in penetrabilibus, nolite exire, nolite credere ait Christus. Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet usq̄ in occidentē, ita aduentus filij hoīs, ita & ueritas choruscat. Quid igit obstreput hic aliqui, onerari se, quia nesciūt quos sequēdo tuti sint, cū orthodoxis & scoliodoxis cōmuniter peculiare sit, utrinq̄ sacrarū literarum testimonijs tueri. Ita sane est, hæretici & nostri sacras literas testes suorum dogmatū uocant, sunt equidem fidelissimæ, soliq̄ ueritati testimoniū ferunt. Glorificato Christo Moyse & Helias astāt. An tu magis idoneos testes cupis? An nō aliquid iudicij tibi uis relinqui. Faue & tu cui sacræ literæ fauent. Fauent autē ijs a quib. sanctius & sincerius tractantur. Confutant eos, a quib. extra natiuū sensum torquētur, ludibrioq̄ exponunt, eos qui ipsis ludere nō uerētur. Id quod nōnullis familiare est, cum alias, tum in hac præsentī causa potissimū. Matæologi em̄ testimonia omnia sub unam Myconum, auriculariam illā suam confessionem contrudunt, facientes eam nō solum ecclesiastici præcepti, sed modis omnibus necessariam, nec uerentur asserere ueteris testamenti figuris

## CONFESSIONIS.

esse præceptã, sed prætermittamus, illos fingere, & somniari, nos autẽ figmẽtis & somnijs ne habeamus fidem. Sane quæ nobis euangelia tradunt, cõmuni oĩm calculo approbãtur, qualia sunt, apud Mattheũ & Marcum quod Hierosolyma & tota Iudæa, totaq; regio vndiq; finitima Iordani, baptizabant a Ioanne in Iordane confitentes peccata sua. Et quod docet dñs. Vbi fratres in nos peccantes uult corripi, & culpã agnoscere, aut ecclesiæ dici, & non audientes ecclesiã inter ethnicos haberi. Et in actis apostolorũ. Prædicante Paulo Ephesũ multi credentiũ ueniebant confitentes, & annunciantes peccata sua. Quæ certe de manifesta peccatorũ pronuntiatione dicta sunt, nec ex eis habemus illã secretorum priuatã confessionẽ, uel a Christo, uel apostolis traditam, priscisq; temporibus obseruatã, non tamen propterea hodie uel negligendã, uel cõtemnendã dixerim.

Nam posteaquam, sacerdotũ nescio an dormitantia an populi peruatia, canonicæ pœnitentiãrũ leges paulatim mandrabulæ more in deterius uergere ceperunt uix seruatis aliquibus ueteris pœnitentiæ uestigijs, inualuit mos, ut sacerdoti cui plebs cõmendata, seorsim peccatorũ fieret enumeratio, isq; iudicio suo, uel arceret, uel admitteret ad sacrorũ participationẽ, & recte, ne margarita porcis, filiorũ ue panis obijceretur canib; De ea tamen re nihil constitutũ est, donec in Lateranensi concilio Innocentius sanxit canonẽ, qui incipit. Omnis utriusq; sexus, qui nec ipse ab oĩbus receptus est ecclesijs, nec mirũ, nam si quis eum ad uiuũ refecet,

M

## SECUNDVM GENVS

desiderabit in eo nō parū ecclesiasticæ puritatis. Quis em̄ asseuerabit se oīa peccata confiteri posse? An forte mortalia? Et ea oīa q̄s enumerabit? imo quis cognoscet, An non uacabat notariq̄ lucidius narrare, qui tanta statim uerborum supfluitate, canonem auspica tur? dicens. Omnis utriusq̄ sexus fidelis postquam ad annos discretionis peruenerit. Quid ea uerba sapiant expendat alius. Dein auscultate altero quo piam irritum erit mandatum? An non uerius cōfitebitur, qui audientibus multis? Et quæ illa indulgētia, ut semel saluim annuatim communicet Christianus. Num pudor est? sed me contineo. Si quis seuerus interpretes nobis hanc legem declarabit, qui non audebit transuersum digitum recedere, difficilem nobis salutis uiam faciet, quam facillimam esse oportebat. At cordatus nihil grauabitur, nam constitutioni nō refragatur, quatenus ea que germanis ecclesiæ præceptionibus tradit, quod faciet, dū stato tempore crimina que hominibus innotescere potuerunt sacerdoti suo enarrat. Quod si nullorum sibi conscius est, satis fuerit, si apud illum, innocentiam suam a criminibus, que a cōmunionem prohibent testetur. In qua sententia propemodum est & Scotus, tamen ipse de mortalibus suo more, & nō solis criminibus loquitur. Itaque ne hic quidem tantillum superest iustarum querimoniarū. Multū em̄ commodi ex hac blandiori ecclesiæ conuientia, oneratis conceditur. Olim publice fatendum erat crimen, nunc priuatim, & pene in tenebris res agitur. Olim sacerdoti & ecclesiæ, nunc soli

## CONFESSIO

sacerdoti. Olim soli tuæ ecclesiæ rectori, nunc accepta uenia, uel etiam neq̄ impetrata, neq̄ petita, potes monacho alicui, aut fratri, qui te ignorat ater sis an albus crimina tua detegere. Olim poena mox probabare, antequam absoluereris, hodie in arbitrio tuo est poenã suscipias uel detrectes, modo scholasticos hic audiamus quibus neq̄ ego hoc loco obnitor. Olim si scelus tuum reuelasset sacerdos, habita fuisset ei fides, hodie si pdit, indignus fide et calūniator habet. Nam cui parū uidet̄ confessiōis fidē effringere, is nō uerebit̄ etiã innoxio falsum crimen impingere, atq̄ adeo nō minus tutū te esse uult ecclesia, quã si loquaris tibi soli. Si uitæ indignitas, si austeritas, si futilitas te offendit, liberū est ad alios diuertere, quibus eadem concessa est potestas, & a quibus tibi nihil timendum. Dabo incidas in aliquem his notis respersum. Non te pusillanimē reddat, inhonestior sacerdotis uita, sed cohortet̄, quid em̄ peccator corā peccatore tantum erubescit? Nec te pturbet austeritas, uerbis non uerberibus illi impetere te licet, sed neq̄ uerbis ualde austeris. Demum nec infida loquacitas te absterreat. Nam si præcepto ecclesiæ solo uoles satisfacere dices ea, quæ aliquomodo iam fama diuulgat. Satius tamen a tam periculosis declinare. In his autem quæ episcopi sibi ipsis suo iudicio, publicæ correptione punienda reseruant, tam non est quod queraris, q̄ si te secularis iudex puniat. Adulterã lex lapidasset. Sacrilegã, igne cōbussisset. Hac aut̄ poenitētia breui, & p̄sentis & futuri seculi uitã redimis, honorem

M ij

## SECUNDVM GENVS

item reparas, quē apud alium iudicē amisisses. Verum  
 mira hominū stulticia. Scortum quod in omnibus the-  
 atris & conuētibus populorū depudescbat. Carnifex  
 cuius oculi nullo humani sanguinis pfluuio demitte-  
 bantur, & qui de impietate sua in medio populo glori-  
 abatur. Et infames qui pudorē nunq̄ sciuerūt, ab hone-  
 sto poenitētiæ facinore inhonesto pudore retrahūtur.  
 Fronſ hic aliquantulū p̄fricanda est. Impudētię finem  
 faciat hęc impudētia. Impudentia pristina bonis oībus  
 te inuisum reddebat, hęc uero bonos oēs tibi concilia-  
 bit. Impudētia pristina oīm oculis abominabilē te red-  
 debat, hęc te miserabilem & gratū faciet. Impudentia  
 prior anathema maranatha te cōstituebat, hęc preces  
 & uorū piorum tibi impetrabit. Quorū oculis inuisus  
 eras, ut araneus, iisdem iucundus eris ut uiridās floscu-  
 lus. Quorū pedib. eras offendiculum, iij te sibi nūc iti-  
 neris affument sociū. Non tam honestabant te coronę  
 in cōuiujs, ut cineres in tēplis, nec ita fulgebas hyacin-  
 tho & purpura, ut decorus es cilicio & sacco, nec ita fa-  
 cies tua, rosacea lauabatur aqua, ut nunc lacrymis red-  
 ditur luculenta. Quid ergo pusillanimitē formidas &  
 erubescis, cum alia meritis sis. Pusillanimitas hic locū  
 non habet. Neq̄ imperitiā confitendi prætexas, p̄in-  
 de nescias, quæ fateri debeas. Quis te bonū ciuem exi-  
 stimabit, si ciuitatis leges cognitās oībus, ignorare te di-  
 cas. Quomodo ignorare potes, p̄pter quod ab alijs ar-  
 gueris? Et uident aliij flagitia tua, tu nō uides? & tu alio-  
 rum uides festucas, tignos tuos nō uides. Nō ita se ha-

*signa, etc. i. h. 15*

## CONFESSIONIS.

bet internus oculus ut exterior, omnia præter se ipsum uident, Peccatum committebas non in scius, & redarguebat te mens tua, cum patratum est, nescis: & inter peccata non numeras: non sunt tam minuta crimina, quæ te omnino latere possint. Interroga conscientiam tuam. Sit ipsa pædagogus, statim docebit te, quid fateri debeas. Quod si in tantam uitorum profunditatem submersus es, si ita obtenebratum est cor tuum, si ita totus in carnem uersus, ut æqui & iniqui discrimen non habeas, (si modo ita profusus lapidescere potest homo,) Age uel has tenebras & obduratam hanc mentem, fateri, sacerdotis consilio, quantum a ueritatis tramite absis, discas. Si memoria non subministrat omnia, dic quantum conscientia dicat. Sed & memoriam iuuare potes, si repetas tecum, quibus cum consuetudinem habueris, ubi loquere egeris, quid negotij sub uarijs anni temporibus tractaris. Aut propone ante oculos tuos aliquem bonæ existimationis uirum, & prope quantum tui ab illius moribus dissideant. Mediocris diligentia breui tibi errores tuos monstrabit. Insuper quotannis præleguntur crimina, ob quæ quis a comunione repellitur. E quibus tantum in speculo, & quantum ecclesia præcipit uitæ tue rationem & discere & reddere potes. Quod si nullorum talium tibi conscius es, & per omnia inculpatus, satisfacies ecclesie, si sacerdoti te ostenderis, indicans innocentiam, ne illum uidearis contemnere. Quamuis nolim te tanto periculo committas, ut tantum mundes exteriora, contemptis interioribus, sed hæc eatenus dixerim, ne ecclesiam in similes quasi ipsa in tolerando te premat ones.

M iij

## SECUNDVM GENVS

re. Vt autē cognoscas, quā moderata sit ea in ferendis præsertim aduersus laicos sententijs, libuit hic inferere criminum ecclesiasticis canonibus taxatorum methodum, ex epistola diui Gregorij Nysseni ad sanctū Letoium Meleten Episcopum excerptam.

**A** Nimi nostri tres partes sunt, in quib. uel uirtutes bonorum, uel lapsus uitiosorum attendere licet, nempe Rationalis/desideratiua/& irascibilis, Rationalis animæ portio bene se habet, quādo religiose ac pie de diuinis sentit, prudenter inter bonum & malum discernit, de natura & ijs quæ obueniunt, qd ex eis sit eligendum, quidue sit reijciendū, claro ac imperturbato dignoscit iudicio. Istius partis morbi sunt, impij de deo errores, absurda de natura & eo qd bonū uel malum iudicia, alij næq; opiniōes, atq; adeo ut ponam<sup>9</sup> lucē tenebras, & tenebras lucē. Qui sane morbi a patrib. nocētiore sunt habiti. Laborāt ijs q fidē Christi abnegarunt, uel q in Iudaismū, uel in idololatriā, uel in Manichæorū, uel eiusmodi errorum impietate siue sua pte sponte, siue tormētis adacti, lapsi sunt. Quib. & adnumerantur uenefici & magi, & ij qui uel contemptu fidei, uel ob iacturam aliquā, siue paruam, siue magnam, cōsulunt incantatores, diuinos & alios, ope dæmonū, remedia & adiumenta pollicentes. Concupiscibilis autem partis honestas dignoscitur, si desiderium nostrum ad id quod uere desiderabile & honestū anhelat, si affectio & uis dilectiua p̄suadeat sibi nihil præter uirtutem, & qd ex uirtute emanat esse expetendū.

25 CONFSSIONIS. 2

In hac peccatur, quoties cupiditas nostra inanem gloriam, & illecebras aliquas corporales sectatur. Hinc uitiōsa honoris, opum & uoluptatum studia oriunt̄. Peccatorum autem quæ concupiscētia & uoluptate committuntur, aliud scortationem, aliud adulterium uocant. Scortatio est expletio concupiscētiæ citra iniuriam alterius. Adulterium alteri insidiatur, & iniuriam facit cōiugum thoro. Peccatum item eorum, qui cum masculis uel brutis rem habent, adulterium censetur. Fit em̄ alteri nempe naturæ, iniuria. Ea etiam animi uis per auariciam deordinatur, quæ altera idololatria, & malorum oīm radix ab Apostolo dicitur. Quod malū quia minus eradicatur, ideo crebrius prouenit in ecclesia. Tribus tamen speciebus ipsius poenę statuuntur canonice, furto, sepulcrorum direptioni, & sacrilegio. Tametsi alioquin in sacris literis prohibeantur omnis superabundantia, usura, & uiolenta alienarum rerum uendicatio, etiam si sub honestæ negotiationis specie procurentur. Furti nomine & latrocinia comprehenduntur. In latrones tamen seuerius animaduertitur, quam fures, quia homicidis adiudicantur. Denique uirilis illa & ferocior affectio tum probatur uirtuosa, cum maliciæ aduersa, perturbatiōes expugnat, aīam a peccato cohibet, nō formidat ea, quæ plerisque terribilia uidentur, sed despiciens mortis minas, & cruciatuum poenas, ad sanguinē usque resistit, & generosior contemptis delictis pro ueritate, uirtute, & fide pugnat. Eius uitia cūctis manifesta sunt, inuidia, odiū, furor, cōuitiū,

## SECUNDVM GENVS

factiones, æmulationes, e quibus nascuntur ultionum  
 meditatio, sanguinis effusio, homicidium atq; alia. Ex  
 multis tamen patres solum homicidium decreuerunt  
 ecclesiastica censura plectendum. Cætera tanta cura  
 dignati nō sunt. De quo Gregorius in hunc modum.  
 Ἐρεσέπωσ τοῖσ πρῶσιρ ἡμῶν ἐρ τοῖσ ἄλλοισ μὴ λιάρ ἀκρίβολο  
 γείσθαι, μὴ δὲ πολλῶσ ἀξίον ἡγεῖσθαι, πονδῶσ τὸ θεραπεύειν παν  
 τατὰ ἐκ τοῦ θυμοῦ παραπῶματα, καί τοι γε τῆσ γράφῆσ οὐ μόν  
 νορ τῶν φίλῶ ἀπαγορευσῆσ πληγῶν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαρ λοιδο  
 ρίαν, ἢ βλασφημίαν, καὶ ἕτι ἄλλο τοιοῦτορ θυμὸσ κατεργάζε  
 ται, μόνορ δὲ τοῦ κατὰ φόρου ἄγουσ τῶν παραφυλακῶν ἐποίη  
 σαρτο διὰ τῶν ἐπιτίμιῶν, Hæc apud Niffenum. Quis hic  
 non uidet patres non fuisse ad quorūuis criminū uin  
 dictam p̄pensos. Et si penſes tecum, hierosolymis con  
 gregātis Apostolis omnia hæc antea aliquomodo de  
 creta reperies. Et Christus, diuini roganti, quidnam sibi  
 faciendū, quo uitæ æternæ fieret hæres, respondit, præ  
 cepta nosti, ne cōmittas adulterium, ne occidas, ne fu  
 reris, ne falsum testimonium dicas, ne fraudes, honora  
 patrem tuū & matrē. Et respondentē illū se hæc oīa ser  
 uasse ab adolescentia, intuitus dilexit. Diliget etiam te  
 Christus, si talem te inuenerit, quamuis amplius te ue  
 lit p̄ficere. Non uult tamen hunc uarijs pharisæorum  
 deuterolib<sup>9</sup> quarū nullus est finis onerari. Noſtris aut̄  
 temporibus, inter crimina p̄mulgātur quædam. quæ iu  
 re grauiter accusari nō debent, sed ne quæ fratrū offen  
 damus, feramus & nos, quod & oīs noſtra cōgrega  
 tio, in qua & multi nobis infirmiores, ferunt tolerāter.

## CONFESSIO. NIS.

Nec ppter ea infeliciores te existimes, pars est mar-  
tyrij, si quæ non debes, amore pacis feres pondera. De  
alijs, utut sese habeant res, hic non est dicendi locus sal-  
tem hoc persuasum sit, ecclesiam in fatendis peccatis  
nihil onerosum præcepisse.

N

## TERTIA SPECIES

### TERTIA SPECIES CONFESSIO- NIS.



**D**OSTVLAT NVNC DICENDI series, ut ad Tertiam, de qua nos dicturos polliciti sumus confessionis Speciem accedamus. Hęc est fraterna confessio, qua alter alteri, tanquã frater fratri, & seruo seruo sua prodit delicta & facinora. Tantũ aut̃ abest, ne hęc supra modum oneret, quod multa etiã comoda, grataq; solatia male affectis animis affert. Neq; hęc aliter præcepta est quam mutuae preces, ac opera misericordiae. Piissimus Iesus multas abluendorũ peccatorum vias esse voluit, ut possit alia incedere, cui una minus esset accommoda. Extingunt. n. peccata elemosynis, diluuntur precibus puris, abolentur lacrymis, tolluntur mutuis condonationibus, expiantur sacrificijs, necnõ & alijs sanctis facinorib. Et ut semper nos esse misericordes cõuenit, atnõ semper stipes expendimõ. Saluãtur etiam qui nõ omnia profundũt in pauperes. Gratus est dño, & aquae frigidæ calix. Ita semp obseruanda est confessionis humilitas, nõ tamen quãdo & quoties sit facienda præscribit. Cognata autẽ est & misericordiae & humilitatis, facit enim, ut animæ nostræ misereamur, & apud fratres modestiã seruemus. Esto igitur humiliationẽ quis cũ supbis horreat, misericor

## CONFSSIONIS.

diam tamē cum miseris amare coget. Quod si quis ma-  
lus sibi fuerit ac durus, cui tandem erit bonus ac miseri-  
cors. Et si quis sui non miseretur, quem alium sui miser-  
turum credet. Itaq; nō simpliciter ad eam hortatur Iaco-  
bus Confitemini inuicem ait, alius alij delicta et addit.  
Orate pro uobis inuicē, ut saluemini. Magna premia  
adiicit, conciliamus. n. nobis ea patronos apud deū, &  
salutis spes amplior patet. Trib. autē p̄cipuis utilitatib. 1  
spectabilis est. Nam sic modestiam Christianam custo- 2  
dimus. latētes morbi alijs detecti emēdant, turpitudi- 3  
nemq; nostrā alioquin in die iudicij reuelandā, occul-  
tamus. Nos hic de confessione triphariam loquemur,  
nēpe put uaria nobis affert cōmoda, & a modestia ser- p  
monis q̄ nobis ea cōmendat exordiamur. Equidē cum  
nō sit aliud celo terreq; inuisius monstrū, atq; hō arro-  
gans, neq; ullius tā molesta sit consuetudo, ut fastuosi.  
Christus nobis optimā uiuendi rationē suo exēplo re-  
linquens, mititatem & humilitatem in primis man-  
dauit, quod ad cōcilian dam seruandamq; charitatem-  
quæ unica nostra lex est, plurimum faciat, Quas uirtu-  
tes cum in omnibus nostris operibus conspicuas esse  
oportet, minime etiam abesse cōuenit sermone, qui in-  
terni hominis est character. Et quis modestius, am-  
plioriq; gratia differit? quis honestius beneuolentiā  
captat, & quietius fratrum declinat odia? quis se tam  
miseratione, & uenia dignum facit? Quis uirtutes suas  
tam cōmendat, ut qui primus seipsum arguit? Quid  
autem turpius, cum nunquam extra omnem simus

### TERTIA SPECIES

culpam encomia propria ebuccinare? Quid fastidiosius Gorgijs & Thraſonibus illis, qui libros sermonesq; suos, uictoriarum, magnificorumq; facinorum suorum p̄ganibus infarciunt. Obliti uidentur, accepisse se a deo, ea, de quib; gloriantur. Quomodo em̄ de alienis gloriabimur. Non cogitamus, quod si maxime uirtutibus polleremus, iactantia citius amitterent q̄ auergeretur. Memores nos dictorum Christi esse oportet, cuius & hoc est scitum. Si feceritis om̄ia que p̄cepta sunt uobis dicite. Serui inutiles sumus, quod debuim⁹ facere, fecimus. At alius inquis meas mihi laudes obtrudit & p̄dicat. Num mēdagem ipsum faciam? num & ipse mendax ero? dum culpam fateor, ubi bene egero, Quid? si ille priuati alicuius cōmodi gratia tibi adlatur, se te minus cordatum obliquis irridet scommatis, si te parum tractabilem & uanæ gloriæ siticulosum ita demulcet, si te ad egregia facinora fictis laudibus extimulat. Verum, ante omnia hoc nostrum est, non p̄dicare nos ip̄os, dein laudantiū uoces nō agnoscere, imo laudes nostras p̄sus ignorare, necq; em̄ sinistrae nostrę notū esse debet, quid faciat dextra, obseruandū & hoc, ut quāuis bene egerimus, studeamus tñ semp magis referre, que negleximus. Habemus autē semp plura, quibus nostra eleuamus, quā quibus efferam⁹. Aedificasti templū aliquod, esto marmoreū uel aureū. Fateri potes, quod non templa spiritus sancti inopes & paupes enutrieris. Aluisti ingentem pauperū turbam, fateri potes, quod nō om̄ia iuxta euangelicū p̄ceptū dimise-

## CONFESSIONIS.

ris, atq; adeo te ipsum. Si eo fastigij conscendisti, habes adhuc quo opera tua extenues, debebas spiritualib. epulis animas pauperū pascere. Docuisti uerbo, ingemiscere potes, quod nō multo magis uitæ exemplo. Irreprehēnsibilis est uita tua, suspecta tibi iurē sint opa tua, quoniam nondū in camino tribulationis probatus es, nōdum propter ueritatem periclitatus es, nondū ad mortem usq; decertasti, Donec in summū culmē euaseris. multa semp causari potes, quæ maiori sanctimonia, feruentioriq; charitate facere oportuerat. Non licet tibi respicere, & cōsiderare quantum itineris emensus sis, in anteriora te extende, expende tecum, quanta adhuc uia restet, quam nullæ tibi sint uires, nisi supne acceperis. quoties peccata meruerint, ne ad metam ptingas. Curras licet ac anheles, nisi te seruum nullius frugi testeris. nullus es, Adeo gloriationi præclusa esse debent omnia. Portas æternitatis, portas iusticiæ, portas coelorum, in cōfessione tam humilitatis, quam laudum ingrediamur. Quod si omnino gloriari libet, gloriemur in cruce domini, & in his quæ sunt infirmitatis nostræ, imitantes Paulum ipsum, qui cū necessario de laudibus suis habebat dicere, præmitigat sermonē dicēs. Utinam paulisp; tolerassetis me in insipientia mea. Iam ut errata tua dicere nō erubescas, ita & aliena patiēter audias. Confessus est tibi aliquis, ne refutes, ne opprobres, ne reiicias ipsum. Certandū tibi sermonis humilitate cū eo. Causam tuam longe deteriorem esse, testari poteris. Necq; hic te sermonis materia deficiet. Fingam, conscenderis

### TERTIA SPECIES

uel cum Apostolis, uel cū Moysē usq; in montem, & pro salute fratrum, uel anathema fieri, uel expungi e libro uiuentiū optaris, accedat autē ad te flagitiosus aliquis, peccatorūq; suorū calamitatē narret. Necesse erit tibi, ut illi te attemperes, & infirmo fias infirmus, & peccatori peccator. Quandoquidem Christus ille solus sine macula, etiam peccatū dici uoluit, & cum peccatoribus manducauit, & cum iniquis reputatus est. Quid opus uirtutum tuarum commemoratione? Tuæ enim nō sunt, sed eius qui dedit ipsas. Cuius misericordia si te nō puenisset, esses illo multo inferior, & forte humilitate confessionis iustificabitur iste, & iudex tuus erit, qui multum acceperis, & parum sis humiliatus. Fortasse iusticiæ tuæ omnes obliuioni tradentur, & iste coronam tuam accipiet. Quin tu illum imitare, Quod si omnino incessit te libido, ut ante acceptam a domino sententiam, fratri te præferas, uide num tibi maxime Confessione sit opus. Habitat adhuc in te peccatum, si cuiquam, uel minimo, te præfers. Esto, non sint recentia scelera tua, uetera tamen sunt, & incertus es, qualiter a Christo iudicabuntur. Atqui sacerdos aut Centurio sum, aliorumq; demandata mihi cura est inquis, si me demisero, interibit authoritas mea, nemo parebit imperijs, nemo faciem meam uerebitur, totus despicabilis ero. Dic sodes, Cuius humeris tanta impendebat sollicitudo, quanta Paulo? Et quis ita a suis obseruatus ut Paulus? attamen ita se demittit, ut e media plebe uirum credas, fatetur se ecclesiam dei su-

## CONFESSIO

pra modum persequutum, connumerat se flagitiosissimum, id quod & apud Cyprianum animaduertit Augustinus, quod etiam tanquam participem & simul reum, quando scelera arguebat, plurali numero peccantium cathalogo inferebat. Sed uetus adam tum maxime impugnat, cum nos exinanire debemus, uerum tum maxime crucifigi meretur, si nobis aliquid esse uidemur. Plane nulli onerosum esse debet, posito fastu, presertim timore, & fratres agnoscere, & affabilitate colloquij conciliare. Nemo suauius sibi, nemo humanius alijs conuiuio, quam mites ac humiles, Nemo sibi grauior, alijsque intolerabilior, quam arrogantes & uerbis asperi. Quocirca nos si sapimus, de nobis ipsis humiliter & sentiamus, & loquamur, nec exasperemur, si alij nostra nobis obijciant peccata, quin potius confitendo delicta nostra, exasperatos, iratosque nobis demulceamus.

¶ Ob aliam etiam utilitatem perquam grata esse debet Confessio, nempe uranymi morbos fratri tanquam medico aperiamus. Ingens est haec male affectis consolatio, & haud scio, an humana ulla huic conferri possit, atque adeo, quod Tullius de amicitia dicit, Amicitia ablata solem quendam e terris eripi, id nos uerius de hac confessionis specie possumus, quod sine ea misera sit hominis uita. Aegris enim, si medicorum negotetur copia, quid reliquum, nisi ut pereant. Et durus ac iniquus sibi, quisquis languet, ac peritum medicum cum potest, haud accersit, praesertim cum non appareat

### TERTIA SPECIES

alia confirmandæ ualitudinis ratio. De hac apud Ecclesiasten legimus. Si momorderit serpens in silentio, non est amplius non habēti linguam. Quæ diuus Hieronymus sic explanat. Si quem serpens diabolus occulte momorderit, & nullo conscio, eū peccati ueneno infecerit, si tacuerit, qui percussus est, & non egerit penitentiam, nec uulnus suū fratri et magistro uoluerit cōfiteri, magistro qui linguam habet ad curandū, facile ei pdesse nō poterit. Si enim erubescat ægrotus uulnus medico confiteri quod ignorat, medicina non curat. In apocrypho Clemētis libro legit. Quod si forte in aliquis cor uel liuor uel infidelitas, uel aliquod malū ex ijs que supra cōmemorauimus latēter irreplerit, nō erubescat, qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc ei qui p̄ceit, ut ab ipso per uerbum & consilium salubre curetur, quo possit fide integra & bonis operibus pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ uitæ præmia peruenire. In quam sententiā etiam dicta sunt, quæ in eodem leguntur. Quod in nauigatione pelagi humanæ uitæ ferendi sunt uomitus & succussatiōes & agitatiōes, cum ex confessione peccatorū et reiectione criminum, uelut male congregati in uisceribus fellis eiectione facienda est, & abiicienda prorsus a corde intrinsecus latens amaritudo peccati, si qua forte ex desyderijs iniqua, uelut ex cibis noxijs cōgregata est, quam utiq; cū euomerit quis & abiecerit ingētis egritudinis liberabit morbo, si tamē post uomitū, quæ ad sanitatē p̄tinēt, sumat. Hæc quidē apocrypha habent, uera tñ & quæ antiquā

## CONFESSIO.

consuetudinem probant, Hoc consilio usi, Ægyptiorū  
monachorū p̄s filios suos, qui sup monasticæ disci-  
plinæ nomina dederant, admonebant, ne ullas tentatio-  
nes/cogitationes sue clam se haberent, quod mille artib.  
Christi famulos antiquus hostis imperere & nōnunq̄  
sub honesti specie ad impia soleat inducere. Fuitq; hoc  
teste Cassiano, admodū religiose apud illos observa-  
tum. Qui mos adhuc in aliquot cœnobijs bene institu-  
tis sancte custoditur. Benedictus/magnus nostratum  
monachorū pater, inter cætera arma sanctę militiæ ty-  
ronibus suis cōmendauit, malas cogitationes adueniē-  
tes, statim ad petram Christum allidere & patefacere  
patri spirituali. Birgittæ quoq; nostræ id sedulo curæ  
fuit, utinā tantæ discipulæ non inferiores obtigissent  
magistri. Inde in multis monasterijs indictę sunt men-  
struæ, in alijs hebdomadales exomologeses. Vtilibus  
plane institutis, ut cottidie purgatiōes a uirtute in uir-  
tutem proficiat, nec in tenebris, sed in luce tanquam in  
conspectu, præsentiaq; Christi iudicis semp ambulet.  
Equidem olim patres nihil aliud spectabant, quā con-  
fitentium cōmoda, & quomodo morbis suorū mede-  
rentur. Alioquin alienorū quidē uitiorum haud curio-  
si, suorum uero oculatissimi exploratores, & deprehen-  
sa in alijs leniter iuxta ac prudenter, quæ uero in se ipsis  
austeriter emendabant. Et ij qui confitebantur, omissis  
nugis, multisq; uerborū ambagibus, simpliciter & ap-  
te sua detegebant peccata, consiliaq; patrum non secus  
quam diuina amplexabatur oracula. Verum ut plerq;

○

### TERTIA SPECIES

bonæ consuetudines longo temporis fluxu corruptiores euadunt, ita & hic mos suis uitijs adulteratur. Aliquando em̄ patres surrecto supercilio sub pietatis titulo tyranni fiunt, & exerentes gladiū excōmunicationis tanq̄ in flagitiosos, & inobedientes Satanæ tradunt, & ut ipsi opinātur, æternis ignibus deuouent, nisi eloquātur omnia, quorū sibi sunt conscij cōfitētes, siue de se siue de alijs, etiā si nō agat̄ res aniarū. Fortassis ideo quod aut ipsi aliqua iniuriola male excepti, aut in re familiarī quiddam negligētius tractatū est. Quomodo id eis liceat non uideo, quamuis habeant in manibus suis confitentiū uoluntates. Verum illas meliores nō deteriores reddere debent, neq̄ licet pusillanimes ad abscondētia cordium, & aliena negocia prodenda huiuscemod̄ minis adigere. Licet autē simpliciter obedientē excuset ac cōmendat obediēs simplicitas. Quæ tñ indigna sunt, hac uia exq̄rentē, & curiositatis & seuiçiæ reū ualde arguit, atq̄ cōdemnat tyrānica illa inhumanitas. In multis honeste morē gerūt subditi, quæ iniuste precipiunt præpositi, nedum ijs qui ad sola peccata audienda accersunt. Sacrā rē aiūt cōfessionē, eam tñ ut p̄phanam cōspurcāt. Vbi tale quiddā subodoraris, ne graueris animo, nihil illis debes, caue ne iniquitatis eorū fias particeps. Aliqñ & quorū erat confiteri peccata, suū prætereunt officium. Conuenit enim nonnūquam hoc nomine quidem & prætextu, plus tamen de peccatis committendis quam abolendis consilium imo oportunitas queritur, non manifestantur, sed honestan-

## CONFESSIO.

tur crimina, expletur loquacitatis libido, & mēdax san-  
ctimonia ostentatur. Facinora aliena recensent, ppria  
teguntur. Et bonæ horæ male collocant. Quod & ipm  
piaculū est, Quando em̄ de omnib. ociosis sermonib⁹  
in iudicio ratio reddenda erit, quāta de illis requiretur,  
quæ tanta pharisaica simulatione fiunt. A spiritu auspi-  
cium est, in carne desinitur, petitum itur antidota, ue-  
nena postulantur. Venenosa enim omnia existiman-  
da, quæ ab animi cōmodis sunt aliena. Ita nihil tam san-  
ctē, tamue salubriter institutum, quo malę mentes nō  
abutiuntur. Multa autem habes quæ honeste sciscitari  
licet, ubi peccata confessus fueris, nam primum dete-  
genda sunt peccata, & in his non ea solum quæ foris  
apparent, sed & quæ in abditissimis secessibus latent.  
Deinde q̄ pacto his succurras, roga quomodo in me-  
lius uitam instituas, quomodo fidem solidas, quomo-  
do opera & omnia tua in laudem dei dispenses, quo-  
modo insidias diaboli effugias, quomodo amorē tui  
ipsius exinantias, quem qui ut rem nihili non curant,  
sed ceu genuinum, & proinde honestum fouent, nū-  
quam non male habent. Sane in eo uno domando om-  
nes uires nostræ insumendæ. Hoc est crucifigere uete-  
rem hominē, hoc est Ægyptū, & solitudinē relinquere.  
Sed hic sudores/hic uigiliæ/hic strēnuitates necessarię,  
Alioquin ut Lernę hydra uno absecto capite, in tri-  
plum capitosior erit. Frustra non obturato fonte, ri-  
uuli implent ruderibus. Frustra nō cōtrito araneo, tela  
eius dissipat. Frustra nō extirpata radice ramī putant.

O ij

## TERTIA SPECIES

Fons em̄ malorū omniū est φιλαυτία. hic morbus non tantum intercutaneus, sed & ἐρτοκάσθ' ἰός, & in medulla cordis habitat. Hinc tot mala profluunt, tot uani cogitatus/suspiciones/indignationes/concupiscentiæ/sollicitudines/ambitiōnes/mendacia/simulationes. Quāta dein hæc mala ppagent & n̄ariant, si quis explicare nititur, quid aliud, quā τοῦ αὐτίσ' ἔσθ' ἰός quod aiunt expurgare tentabit. Curandum igitur ante om̄ia, ut araneus ille philautiæ obteratur, & stirpitus radix mala pereat. De hoc & similibus sermo habendus & petenda consilia. Tāta ne remedia ultro oblata, & quæ apud extremos scythas essent quærēda ut superflua, & molesta reiiciemus. O stulticiam ipsam, o stuporem ipsum.

*Stirpitus aduersus  
radicibus per breui*

3<sup>o</sup> **C** Superest, ut præcipuā huius confessionis utilitatem commemoremus, quam & iacobus commemorat, scilicet, ut adiuti mutuis precibus saluemur, & in horrendo illo ultimi & tremendi examinis die, nō confundamur, id quod fiet, si depudescamus, & inuicē peccata confiteamur. Credentes, & sperantes indubitato, quod dominus noster Iesus Christus immensa misericordia sua confitētium peccata dimittat. Quomodo hæc euāgelica uerba. Quæcunq; alligaueritis super terram, erūt ligata in cælo, & quæcunq; solueritis, soluta erūt in cælo, quidam interpretantur. Quia salus nostra, fide constat, aiunt & uere, Christum nihil æque sitisse atq; fidē quā doctrinis miraculis, uita & morte sua euocare studeuit. quo non solum clementer, sed & iuste nos saluos faceret. Itidem & data soluendi atq; ligandi auctoritate

## CONFESSIO. NIS.

monuerit, si uel discipulis suis peccata nostra confessi fuerimus, credamusq; nihil ambigentes illorum nos uel comprobatione absolutum, uel condemnatione ligatum iri, secundum fidem nostram euenturum nobis. Tanta est Christi misericordia, Tanti momenti est & fides. Profunt enim non nisi credentibus sacramenta. Hæc mihi expositio plurimum arridet, quamuis Origenica & Ambrosiana ad uerba Christi uideatur magis apposita, a uero tamen nec hæc abluat. Itaque quæcunq; uolumus, ut tegantur in die iudicij, quando aperientur libri conscientiarum, Quando leget totus orbis cogitationes nostras, nos accusantes, quando erunt manifesta cordium abscondita, ea nunc reuelemus fratribus, uel multis, uel uni, uel primis, uel nouissimis, & oblitterabuntur omnia. Quod si non absoluat homo, uere tamen & bona in deum fide absoluturus est deus. His fidem faciunt ea quæ Cyrillus in commentarijs super Leuitico narrat, quamuis plerique Origeni eos tribuant, ubi Moyses ait. Si peccauerit unum aliquod de istis, pronunciet peccatum quod peccauit. Exponit Cyrillus. Est aliquod in hoc mirabile secretum, quod iubet pronunciare peccatum. Etenim cuiusuis generis pronuncianda sunt, & in publica proferenda, cuncta quæ gerimus, si quid in occulto gerimus, si quid in sermone solo, uel etiam intra cogitationum secreta commisimus, cuncta necesse est publicari, cuncta proferri. Proferri autem a nobis aut ab illo, qui & accusator est peccati, & incensor. Ipse enim nunc nos ut peccemus instigat, ipse etiam cum peccauerimus accusat. Si ergo pre-

### TERTIA SPECIES

ueniamus eū in hac uita, & ipsi nostri accusatores sumus, nequiciam diaboli inimici nostri præuenimus & accusatores efficimur. Sic enim & alibi ait Propheta. Dic tu iniquitates tuas prior ut iustificeris. Nonne euidenter mysterium de quo tractamus, ostendit, cum dicit. Dic tu prior ne te ille præueniat, Quia si prior dixeris, & sacrificium pœnitentiæ obtuleris, & tradideris carnem in interitū, ut spiritus fiat saluus in die domini, dicetur & tibi. Quia recepisti in uita tua mala, nunc uero hic requiesce. Sed & David eodem spiritu loquitur, in psalmo & dicit. Iniquitatem meam notam feci, & peccatum meum non cooperui, dixi, pronuntiabo aduersus me iniusticiam meam, & tu remisisti impietatem cordis mei. Vide ergo, quia pronuntiare peccatum, remissionem peccati meretur. Præuentus enim diabolus in accusatione, ultra nos accusare non poterit. Et si ipsi, nostri accusatores sumus proficit nobis ad salutē. Si uero expectamus ut a diabolo accusemur, accusatio illa nobis cedit ad pœnā. Habet enim socios in gehēna, quos cum uicerit criminū socios habuit. Hoc testimonio Cyrillus ad publicam pœnitentiam astruendam uti uidetur, & coniectare id licet, quod apud Ixx. ἐξαγορεύσει euulget non ἐξομολογήσει confiteatur, legimus. At quis unquam mortaliū hoc fecit? Et apparet author ille neque certus, neque idoneus satis, ut his uerbis hoc prescribat, quātus quātus sit. Nam de oībus peccatis intelligit, quod Moyses de trib. tēmpore precipit, torquet itē uiolētius testimonia, quibus hoc mysteriū cōsumit, Ita,

## CONFESSIO

quod dolendū, apud aliq̄s magni nōis, in sacris literis  
est lusum. Seruiat tñ interim huic loco, ne contēpt⁹ ui-  
deat. Similiter huc p̄tinēt, q̄ Cyprian⁹ martyr de lapsis  
scribit dicens. Deniq̄ q̄l qui & fide maiori & timore  
meliori sunt, q̄uis nullo sacrificij facinore cōstricti qm̄  
tñ de hoc uel cogitauerūt hoc ip̄m, apud sacerdotes dei  
dolēter & simpliciter cōfitemē, exomolegesin cōscien-  
tiæ faciūt animi sui p̄odus exponūt, salutarē medelam  
paruis licet & modicis uulnerib. exgrūt, sciētes qm̄ de-  
us nō irridet. Derideri & circūueniri deus nō p̄t, nec  
astutia aliq̄ fallēte deludi. Plus nimio deliquit q̄ scdm̄  
hoiēm deū cogitās euadere se poenā criminis credit, si  
non palā crimē admisit. Ch̄s in p̄ceptis suis dicit. Qui  
cōfusus me fuerit, cōfundet eū fili⁹ hoīs. Minus plane  
peccauit nō uidēdo idola, nec sub oculis circumstantis  
atq̄ insultantis populi sc̄titatē fidei p̄phanādo, nō pol-  
luēdo man⁹ suas funestis sacrificijs nec sceleratis cibis  
ora maculando. Hoc eo pficit, ut minor sit culpa, nō ut  
innocens conscientia. Facilius potest ad ueniam cri-  
minis peruenire, non est tamen immunis a crimine.  
Non cessat in agenda poenitentia, atq̄ in dñi misericor-  
dia deprecāda. Ne quod min⁹ esse in q̄litate delicti ui-  
det, in neglecta satisfactiōe cumulet. Cōfiteant̄ singuli  
q̄so uos fr̄es delictū suū, dū adhuc q̄ deliquit in seculo  
est, dū admitti cōfessio eius potest, dū satisfactio & re-  
missio p̄ sacerdotes facta apud dñm grata est. Etiā hoc  
Cypriani testimonio colligi neqt, oīm occultoꝝ cri-  
minū ita necessariā publicā cōfessionē, ne sine ea cuiq̄

### TERTIA SPECIES

salus obueniat, tametsi in plerisque criminibus ecclesiae  
suae hic mos fuerit. Et quis sane mentis credat eum ex  
consuetudine suorum, quantumuis sancta, toti catholi-  
cae ecclesiae uel uoluisse uel potuisse legem praescribere,  
Nos tamen hinc fugimus confessione oblitterari pecca-  
ta modo digna fides habeatur Christo, qui hanc suis po-  
te stare dedit, ut quis soluant, soluti sint, ligent, ligati sint.  
¶ Neque hoc silenter transeundum, quod dictum Iaco-  
bi, quo nos ad fraternam hanc confessionem hortatur,  
dicens, Confitemini alius alij inuicem peccata, non so-  
lis sacerdotibus, & ecclesiae praefectis delicta recensere  
praecipit, etiam si pauloante de presbyteris loquutus  
sit, nam signanter ait *ἄλλήλοις* nisi forte Christianos om-  
nes, preter more uulgi sacerdotes uocare libet, quo no-  
mine & diuus Petrus appellat. Vult autem, ut hoc recon-  
ciliationis & humanitatis genere unusquisque iuuet al-  
terum. Neque uetare hoc debet Episcopi, uel Episcopo-  
rum princeps papa, nisi forte eos qui & ab alijs saluari  
prohibentur, nempe excommunicatos, aut hoc etiam pro-  
hibeant ne se mutuis iuuent precationibus. Verba itaque  
haec tam ad laicos quam clericos/tam mulieres quam ui-  
ros spectant. Cum igitur de his agitur, quae nihil ad ec-  
clesiam. Quis ille zelus, imo quae inhumanitas prohi-  
bere, ne liberum sit curas animi sui, peccata inquam, cui li-  
bet, detegere? Qua opus dispensatione, quando id Apo-  
stolico iussu conceditur. Diuus Hieronymus in com-  
mentarijs super Ecclesiasten. Vulnus iubet indicandum  
fratri aut magistro, qui linguam habet ad curandum. Medi

## CONFESSIONIS.

cam sane linguam habet, quisquis consilio / orationi-  
busue prodesse poterit. Et spirituales illi Ægyptiorum  
monachorū patres raro clerici erāt, & initiati sacris, suo-  
rum tamen culpas auscultabant, liberosq; p̄nunciabāt  
nonnunq̄, & quid rem non suo uerbo loquor, absol-  
uebant, si quos dignam agere p̄nitentiam uiderent,  
Serapioni furtum confitenti Theones dicebat. Confi-  
de puer, absoluit te a captiuitate tua, etiam me tacente  
confessio tua. Est nonnunquā tantus compuncti pecto-  
ris dolor, estus, & impetus, ut nullo freno cohiberi que-  
at, quin lacrymetur, & fatendo iniquitates, apud unum  
uel multos deploret, haberi se famulum dei ab homi-  
nibus, re autem ipsa se esse peccatorem, necq; sibi tem-  
perate ab ira & cupiditate lucri, deditum carnis illece-  
bris, in tantam uenisse peccandi consuetudinem, ut eā  
pene alteram naturam credat, orare tamē, ut si quid cō-  
siliū, emendationi suæ conducibile dari possit, cōmuni-  
cent uel saltem sibi precibus apud deum patrocinent.  
Et alius nō minori spiritus calore feruescens subiicit,  
Quā tu affers, mea querela est, quam tu deploras, mea  
egritudo est, quam tu fateris, mea iniquitas est, in eodē  
ualetudinario diu decubui, & quid adhuc aliud ago,  
quā quod thesaurum iræ dei magni aduersum me col-  
ligo, nempe pusillanimitate obrectationibus, suspicio-  
nibus, & sexcentis alijs. Veruntamen confidamus, lon-  
ganimis & misericors est dñs, nullos unquā in se spe-  
rantes reliquit, fieri nequit ab eo nos derelictum iri, mo-  
do toto corde credamus ei. Et quid mali in his cōfessio-

P

### TER TIA SPECIES

nibus. At non sunt sacramentales dices, imo non desit fides, & erit sacramentum uerius & fructuosius, quam si absq; fide in solius sacerdotis aurem ogganniantur. An tu non dices uerbum dei sacramentum, si non aut ex cathedra aut in templo, aut ab Episcopo dicatur, sed forte tibi non est sacramentū, quod nullo tamen inferius est. Dabo autem non esse sacramentum, est tamen hoc, quod Iacobus monuit. Etiam Beda teste, qui hunc locum commentatus minora alijs, grauiora sacerdotibus reuelanda censuit. Verum modis omnibus coram sacerdote magis faciendam arbitror confessionem. neq; ab alio quoquam petendam absolutionem, nisi sacerdotis nulla possit haberi copia. Nam quibus ampliorē debemus honorē, magis ante eos nos conuenit humiliari. Deinde, salubriora ab eis expectamus cōsilia, ut dicit Malachias. Labia sacerdotis custodiunt scientiā, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercitū est. Præterea sacerdotū est, uota preces & sacra populi nomine facere. Deniq; ad reconciliandum tam deo quam ecclesie potiores sunt, modo digni sint tanto nomine. Alioquin Francisco aut Birgitte alicui, & cuius uiro misericordiā & iusticiam scienti, quem forte fastuosus quispiam Samaritanum dicat irridens / quam Leuitæ & sacerdoti / qui uita doctrinaq; sic se gerit, tanquam animæ meæ salus nihil ad se pertineat, tutius me crediderim. Vnde non est, quare ingemiscat aliquis, quasi Christianorum salus a ministris tota pendeat, & nō magis a Christo solo summo pon-



## CONFESSIO

tifice. qui suis multa, expiandorū delictorum contulit  
 remedia. In his tamen, quæ ecclesiæ intersunt, de qui-  
 bus satis dictum, par est & necessarium sese ministris  
 ab ecclesia institutis ostendere, & pro illorum arbitrio  
 se uel liberū uel obnoxium agnoscere. Et de his Cypri-  
 anus ait. Cum in minoribus delictis, quæ non in de-  
 um committuntur poenitentia agatur iusto tempore,  
 & exomologesis fiat inspecta uita eius qui poenitenti-  
 am agit, nec ad communicationem uenire quis possit,  
 nisi prius illi ab Episcopo & clero manus fuerit impo-  
 sita, quanto magis in grauissimis & extremis delictis  
 caute & moderate secundum disciplinam obseruari  
 oportet. Et iterum. Si incommodo aliquo & infirmi-  
 tatis periculo occupati fuerint, non expectent presen-  
 tiam meam, quin apud presbyterum quemcunq; præ-  
 sentem, uel si presbyter repertus non fuerit, & urgeri  
 ceperit exitus apud Diaconum quoque exomologesi  
 delicti sui facere possint, ut manu eis imposita ueniant  
 ad dominum cum pace. Satis perspicuum de quibus  
 peccatis senserit Cyprianus. Atqui etiam sic dura eius  
 sententia, forte & Diaconi copia deerit, qui nunc rari,  
 quando iniuria affici se putant, uiuisq; ac defunctis  
 multa decedere commoda autumant, si in Diaconatu  
 solo seruiant, & non mox ad sacerdotium prouehant.  
 Quoties ergo ea necessitas ingruit, sacerdotis loco sit,  
 quisq; in baptismo sacris est initiatus. Neq; opus erit,  
 ut is qui te audiat si defunctus fueris, ea ad sacerdotem

### TERTIA SPECIES

referat, modo non sint talia, de quib. ecclesiæ speciatim faciendum est satis. Id quod & sentitis, cuius est liber de uera & falsa pœnitentia. Quem nō esse Augustini meridiana luce clarius patet. Dicit autem. Tanta uis cōfessionis est, ut si deest sacerdos, confiteatur proximo, & si ille cui confitetur potestatem soluendi nō habet, sit tamen dignus ex desiderio sacerdotis. Sic ille loquitur. At tu sacerdotem tum quem uis puta Christifidelē. Et quamuis pauci in ministeriū ecclesiæ selecti sunt, tibi tamen quemlibet, si non ecclesiā, certe ordinauit necessitas, imo id approbabit & Christus & ecclesiā. Proinde & hic bene tibi consultū, ne formides. Iam & hoc loco denuo admonēdum, ne quis pusillanimitate tam bonum opus intermittat. Quæ ut clauus clauo, ita alio expellitur metu, imo efficacia fidei, imperfectos timore, perfectos autem spe, & amore ad bona opa appellentis. Itaq; pruina timens, prouideat, ne superueniat nix. Maior ignominia cōtempribilē faciat minorē. Christū iudicem credimus iustissimū, de omnib. rationem repetiturū, futuraq; summa facinorosorū opprobria, ubi & Christo & orbi scelera patebunt. Quid ergo, tu meticolose momentaneam, & non magis perpetuam fugis fugillationem? Fugis, sed nō effugis, imo nec fugis, sed uideris fugere, re autem ipsa, morti & perpetuo opprobrio occurris. Conserui oculos ferre nequis, quomodo feres oculos domini? Terreñt te oculi hallucinantes & uix exteriora quedam plustrantes, quantū terreñt te oculi tanq; ignis flammantes? Ab unius te aspicientis

## CONFESSIONIS.

ultu abhorres, quantū ergo horrebis, intētis in te christi spirituumq; oīm oculis, qñ insurget aduersum te totus orbis. Ægre toleras, si amicus quis & is candidus, libere uera tibi tametsi nondū in malis obstinato dicat. Quam difficile toleratu erit, ubi capitalissimus hostis, qui uarijs dolis ad peccandū te illexit, eo die multis pbris insultabit. Utinam aperti essent oculi, plane uideres, quā immunda sit, abominabilisq; deo anima tua, quanta item dei longanimitas & bonitas, & quantam illius maiestati reuerentiā debeat & exhibeat oīs creatura. Etiam si nō timeas ut iudicem, sed amare incipias, certum est, maxime tibi displicituram peccatricē tuā uitam, nauseabilemq; fieri. Certum item uenturū te in eam opinionem, ut iustissime tecum agi credas, si infameris ab oībus, & oīa de te sumātur supplicia, imo ipse assumas, quæ diuina exiget iusticia, Quin et inclamabis creaturas oīes. Sequite nunc in me, in usum meum conditæ estis, ego uobis abusus meas concupiscen-  
tias sectatus sum. Quid expectatis diem illum, ut crudelius mecū agat? Quid mihi indigno sol de coelo iurare tuo illucescis? Iustius densas ut olim apud Ægyptios tenebras indueres. Ignis tu me a frigore defēdis? Iustius cœlitus ueniens cum Sodomitis, & Heliam capere uolentibus absumeres. Quæ tua benignitas est o aqua, quæ me potas & abluis? Iustius inundādo cū coætaneis Noe & equitibus Pharaonis suffocares. Quæ mansuetudo uestra, o feræ & pecora, quod me timetis, mihiq; seruitis? Dignus sum qui ut irrisores Helisei a

### TERTIA SPECIES

uobis dilanier. Quæ tolerantia sua o terra non negas fructus, ei quem cum Dathan & Abiron in infernum transmittere debeas. At quid imprecamur? si aperti essent oculi nostri uideremus, quantis etiamnum expositi sumus periculis, quanto furore in nos sæuiant elementa. Nunquam tam beata est huius exilij felicitas, quin deploranda sit cõmunis humanæ uitæ miseria, & nr̃is & peccato primi parētis inuecta. Equa cõiecta re licet, quale olim futurũ sit iudiciũ. Hoc clauo confice pusillanimitatem. Insuper ne nos hominũ moueant iudicia habemus & Christum sociũ simul nobiscum depudescem. Qui innocens, & immaculatus, & benedictus, factus est pro nobis maledictum, cũ iniquis reputatus, & opprobratus tota die, ut nos maledictiõni obnoxij et peccatis adobrutis, extremaq; meriti probra pœnitere nõ erubescamus. Non uacat omnino hic peccato erubescẽtia. Vilissimus ab omnibus haberi mereamur peccando, & gloriã quærimus erubescendo, quantumq; in nobis est uellemus neq; corripì, neq; humiliari, neq; uilipendi. Externos oculos demittimus, internos extollim⁹. Quõ ergo uitio caret intemptius pudor. Quin poti⁹ demus locũ fidei, & cedit sponte pusillanimitas. Apiamus corda pulsata timore dñi, & ingressus rex glorię timorẽ inutile oẽm expellet. Circumspiciam⁹ quãta undiq; circũstant discrimina, nec te mouebit humanũ iudiciũ. Et qd si nos iudicet phariseus, q ne Christo quidẽ parceret, ipse oĩm iudicio dignissim⁹. Satis nobis sit, si a Ch̃o nõ despiciamur, Atq; Christus.

## CONFSSIONIS.

nullum unquã ad se reuertentiẽ peccatorem auersatus est, imo peccatoribus profuit maxime, ut ubi abundauit peccatum, superabundet gratia. Quid ad nos ronchi sannaq; hominum, ut interim nihil aliud agant, q̃ quod naribus nos suspendant, cum coelestes spiritus conuiuia læti apparant, & symphonias congratulabundi decantant. Et quid pudorem accusamus? quem ne unquam coegit, aut oblatiis edulhis fame mori, aut propositis pellibus gelu perire, aut sordes a facie non abstergere? & nos esurientes iusticiam, non sinet edere panem in confessione & lacrymis? nos frigore stupefcentes, non sinet uestimentis iusticiæ nuditatem nostram tegere? nosq; sordidatos non sinet immundiciam abluere? lam quis honor? quis fructus? quod commodum huius pudoris? nisi quod breuem ignominiam æterna, stipendiumq; peccati, mors sequeretur? Quid commemorarem hic pœnas peccatorum, quas nullus, aut dicendo, aut cogitando potest assequi? Et non curamus eas modico compendio effugere? Quid multis? peccata, peccatisq; omnibus grauior impœnitentia & infidelitas, ipsa nos grauant, etiam si non sentiantur. Abijciamus ergo peccatorum fascēs, eorūq; appendicem, pudorem necerit, quod oneret.

**P**orro sicut nullus pudori hic esse debet loc⁹, ne auelamur a pio opere, ita nullus est & imperitiæ. Non enim ante iudicem agimus, qui huc illucq; prout oratio ceciderit, flectitur. Non enim irridetur deus, non fallitur. Nemo uero melius confitetur, quam qui

### TERTIA SPECIES

112  
Simplicissime. Nemo tam indocilis, quē nō breui erudiat cōscientia. Dicet, si eam consulas, de quibus erubesceres uocante domino te in iudiciū. Sed adobrueris numero. Refer igitur quantū suggerit memoria. Eam potes ad miniculis quibusdam iuuare, quibus superstiosius non immorandum. Sunt quidam tantæ simplicitatis, qui frustra ac infeliciter se confessos arbitrātur. Si non iuxta ordinē Decalogi, septem capitaliū uitiorū, quinque sensuum, octo beatitudinū, & quorundam aliorum recensuerint. At satis est pronunciari peccata etiam nullo seruato ordine. Ordine tamen cum felicius aguntur omnia, tum plurimū iuuatur memoria. Quod si in uilibus prophanisq; causis diligentes sumus, hic sane multum culpanda est negligētia. Non quod manū de tabula iuxta prouerbiū nō liceat deponere diligentiaq; nesciat modū, sed ne contemptim & perfunctorie tanquā in re ludicra uerferis, cum nō sit alia tam seria, quæ ita ante oculos iudicis Christi geratur. Ordinatam confessionem probo, sed nihil periculi, tamen si nō digerāt in articulos. Neq; adeo refert, si plures / pauciores quinque sensibus dixeris, cum Ambrosius septem sensus dicat, adijciens ad quinque, uim generandi, & loquelam. Beatitudines uulgo octonarij, a scholasticis aliquot septenarij mysterio numerātur. Capitalium peccatorum ordo etiam apud doctos diuersus est. Superbiam a cenodoxia separant alij, alij confundunt sub unum genus. Contra gulā alij luxurię maritant, alij ab ea dirimunt. Quin & in decade præceptorū legis nō oīm concors est sen-

## CONFESSIO.

tentia, quotto quodque sit ordine. Veteres & imprimis Origenes, ita astipulantibus & Hebraicis exemplaribus. primum præceptum in duo secant, ultimū & penultimum sub uno comprehendunt. Quintum itaque præceptum erit, quod nos quartum, & sextum erit, quod nos quintū dicimus, ac sic deinceps. Quare si tam fluxa es memoria, ne te crucies si quando pauca quædam omittis ordinemue non custodis. Plus est fideliter quã singula ordinate confiteri. Non longe petenda est, sed sponte nascatur confessio. Cor peccatis se prægrauatum sentiens, non tam deponit, quam abiicit sarcinam. Multis ideo onerosa est confessio, quia occupati sunt in exquirendis phaleratis, rhetoricisque sermonibus, quibus exomologesi in suam cohonestant. Qui si uerborum simplicitate contenti forent, haud alio premeretur onere. Quid hoc loco tibi affectata eloquentia opus, ubi fugienda deplorandaque inanis gloria, ubi si natura facundiam concedat, dissimulanda est. Quid opus arte, ubi sufficit simplicitas. Hæc facile præstas, si rem breuib. ut angit, enuncias, neque in alium culpam transferas. Persuasum enim nobis esse debet a nulla creatura in peccatum nos intrudi, neque ab aduersariis potestatis omnibus, etiam si coniuvent & extremum læuiant, cogi posse. Quis ergo locus expurgationi, cum nemo præter nos ipsos peccati nobis sit author. Facit huc, & parcitas sermonis, cum neque eadem subinde repetimus, neque singula nouis deploramus elegijs, neque recensitis particularibus quibusdam ea per genera sua amplificamus. Superuacuum enim

Q

### TERTIA SPECIES

dicere, te non amare proximum, si aut adulterum, aut latronem te fatearis. Nam licet ampliori compunctio- ni seruiat, peccati gravitatem secum reputare, at non id confessio necessario exigit, Sed & conditiones circumstantes non omnes explanatas perturbare non debet, nisi eiusmodi essent, quae portentosius redderent peccatum, quamvis Christianum generosioribus imbutum opinionibus uellem, ut ab eo omnes dies, loca, & personae sanctificarentur. Sed in ea causa uel mediocriter prudens confessionum auditor subuenire poterit. Et nos ut finis tandem sit libri, imitantes pictorem in exigua tabella orbem demonstrantem, peccatorum causas & species, angustiori quadam formula proferemus. Alioquin res foret immensi studij. Igitur cum duae sint interioris hominis uires praecipuae, intellectiua uidelicet ac affectiua. De mente primum, deinde affectionibus fateri licet. De mente quidem, quae superior nostra portio, reddenda ratio, si non hic, certe alibi & si non homini, certe deo, si minus a tenebris & caligine se purgarit, si minus firmiter articulos fidei crediderit, si de prouidentia diuina dubitauerit. Item si superstitionibus/insomnijs/diuinationibus/fidem adhibuit, si haeresibus assensit, si uacando concupiscentijs suis diuina contemplari neglexit, si non imperauit affectibus, si uanas sordidasque cogitationes non statim repulit, si in aucupium humanae laudis, & non honorem dei opera sua ordinauit, De anima uero & affectiua parte plura referenda sunt, quanto enim inferior, tanto inquinamentis terrenis est sordidatior. Idcirco ma-

## CONFESSIO

lorum omnium causa est amor sui. E quo tria mala hec de quibus Ioannes Euangelista, nempe concupiscētia carnis, concupiscentia oculorum, & fastus uitæ, Per superbiam, que post se uitia ferme omnia trahit, homo se magnificat & exaltat, & aduersus deum ceruicem erigere non ueretur, unde & tria prima mandata pene nunquam non præuaricatur, sed & proximos contemnit, peccans in legem quartam non honorans parentes, inobediens Prælati/obmurmurans/seditiosus/& obtrektor, Hinc progrediens æqualium felicitate dolet, aduersitate gaudet. Inde calumniæ/infamationes/iræ/æmulationes/factiones/uindictæ/seuiciæ/& inhumanitates erga inferiores, Se ipsum autem inani uanitate distendit, laudis auidus, quare & laborat hypocrisis, arrogantia, mentiendi libidine, gloriatur, & arcana reuelat. Abducit sese nōnunquam ab honoris appetitu, sed concupiscētie oculorū irretiri solet, tum spectare licet, sollicitudinem acquirendarū opum, ut multa sub possessionem nostram redigantur, diffidentes deo inhonestis uacamus artibus, & contra instituta patrum nec di erum nec temporum rationem habemus, hic oriuntur sexcenta fraudium genera, furta, rapinæ, usuræ, prodigalitates, & iterum sordes, ludi, immisericordia erga egenos & miseros. Habes etiam quinti & septimi præcepti transgressionem, nonnunquam & octauo, semper autem ultimo. Comitant enim etiā hic odiū & inuidia, mendaciū et dolus, contentiōes, lites, homicidia, bella.

Q. ij

### TERTIA SPECIES

Perpetuaq; comes est acedia, nō em̄ fieri potest, ut q̄s deo simul seruiat & māmonæ. Euenit interdum, ut homo non multum superbiat, nec terrenis inhiat, succūbit tamen concupiscentiæ carnis. Hic fatere, quantum quinq; sensib. fueris abusus, quantum indulseris genio ac uoluptatibus, quam frequens in cōmessatiōibus & symposijs, quam non subegeris carnem ieiunio, alijsq; castigationib. Vnde crapula, hebetudo, uomitus, morbi tam corporis q̄ animi, in primis immunde cogitationes, immundiora uerba & opera, fornicationes & adulteria quomodocunq; contingunt, desipiuntq; sancta ac cœlestia omnia, magna pars uitæ in ludos, choreasq; ac iners ociū expenditur, corpus uero tenerum redditur ac effœminatum, nullius pœnitentiæ tenax, nullius aduersitatis tolerans. Ex paucis his ut reor, & peccata, & peccatorū radices potes agnoscere. Tu uero in te ipso agnoscēdo cottidie te exerceas, ne tā exiguis opus habeas, & quorum tibi conscius es, quam potes dilucide confitere. Quod si forte aut obliuione, aut non omnino accurata diligentia, quædam obticueris, bono animo sis & impauido, præsertim si non sunt ea de quibus faciendum est satis ecclesiæ, interea cōfiteri deo, donec opportunitatem etiam ea confitendi fueris nactus, uiteq; tuę mores cottidiano studio emenda, & uerissime crede uulgatam sententiā, optimam pœnitentiā, nouam uitam in Christo.

## CONFESSIONIS.

**C** Recollige nunc omnia quæ diximus, quæ de causa male audiat confessio, quasi indigna Christiano, & onerosior, quæ uel iniungi, uel fieri debeat. In omnibus peccatum onus est, & peccator seipsum onerat. Confessione autem exoneratur, maxime bona fide ad misericordiam Christi confugiens. Qui ad se uocat omnes, qui onerati sunt, & laborant, ut eos reficiat. Eamus ergo ad ipsum, humilitatem & mansuetudinem eius imitantes, & erit requies animabus nostris. **A M E N.**

Q in

Excusum Augustæ Vindelicoꝝ in Officina  
Sigismundi Grīm Medici, & Marci  
Wyrfung. xx. Aprilis. Anno  
Dñi M. D. XXI.

## EMENDANDA

- A.** ij. pagina. ij. linea. iij. p me stulto. lege ne stulto.  
**A.** iij. pagina. j. linea. xvij. p sit, lege est.  
**B.** j. pagina. ij. linea. xij. pro malignus, lege malignius  
 Et linea. xxij. p lubentur lege lubemur.  
**B.** ij. pag. j. lin. xxvij. pro dominos lege dominus.  
**B.** iij. pag. j. lin. xix. p plurimū lege plurimi  
**C.** j. pag. j. lin. j. p curabatur, lege curabunt.  
**C.** ij. pag. j. lin. viij. p concupiscentes, lege cōcupiscētis.  
**C.** iij. pag. ij. lin. xix. pro exulēm, lege exilem.  
**D.** ij. pag. ij. lin. xvij. pro eiecta lege eiectæ.  
**E.** j. pag. j. lin. j. p flexerunt, lege flexerint.  
**E.** iij. pag. j. lin. xxvj. p fatent, lege fatemur.  
**F.** ij. pag. ij. lin. xxv. p loquit, lege loquimur.  
**F.** iij. pag. j. lin. vj. p allegat, lege allegas.  
**G.** j. pag. j. lin. xxvij. p obtrector, lege obtrektor.  
**G.** ij. pag. ij. li. xxij. p Batalogismis lege Battologismis.  
 Et pag. ij. lin. xxj. pro egerim, lege egerim.  
**G.** iij. pag. j. lin. xix. p expandit lege oppandit.  
**H.** iij. pa. ij. li. ij. p qrendū, le. pdēdū. Lin. xvij. p qd qd  
**I.** ij. pag. j. lin. xxv. p & magis, lege magis.  
**I.** iij. pag. ij. lin. xxiij. p peregrinant, lege peregrinent.  
**I.** iij. pag. j. lin. xxv. pro matris q̄, lege matris poti⁹ quā.  
**K.** ij. pag. j. lin. xx. p tñ quod ea, lege tamē ea.  
**K.** iij. pag. j. lin. xv. p aliis, & ita, lege aliis, ita.  
**K.** iij. pag. ij. lin. vij. p abuoluerant, lege obuoluerant.  
**L.** j. pag. j. lin. iij. pro Qui uitā, lege q̄ qui.  
**L.** iij. pag. j. lin. iij. pro in inferiorib, lege inferioribus.  
**M.** j. pag. j. lin. j. pro p̄termittamus, lege pmittamus.

## IN HOC LIBELLO.

- N. iij. pag. f. lin. xiiij. p meruerint, lege meruerunt.  
N. iij. pag. f. lin. iij. p quod etiā tanq̄, lege q̄ se tanq̄.  
O. f. pag. f. lin. xvij. p purgatiōres, lege purgatus.  
Et pag. ij. lin. v. Satanę tradūt, lege Satanę filios tradūt.  
O. ij. pag. ij. lin. vij. pro & οτιον, lege αυγιου.  
P. ij. pag. f. lin. xxj. diaconi, lege diaconorum.  
Q. f. pag. ij. lin. viij. pro ut ab eo, lege & ut ab eo.



In gra uoraq qm crygm Grommag, qm qnes uia gra  
Zobeta awyung ynufra, inf fandra iwa jnraupa :~

GWZKAF QBZWAHZ, ABA ZBHROWGHE


Inhqre fii swyvm wrehtnifz anz syberf nccnehrhag  
wa green abfgen, rg hwarre qrgrehag bqberz fhiz,  
ghrewgr f swyvm abzwanz Zanz, rg, ahazumgr wyyju  
Duren rwhf nber ynathrb :~


Orngro bzraf dno gudmag abzwahz, dno nzhlydig  
wa hwarf rwhf, ynobers Znathz ghnehz, kornglf rg  
rg orae rruz gwows :


Hrau wa ubezhZ ZrhZ, fbebe Zon feban, Zroff hro Zlasid  
Zanz yhz nebzngwof Zant, aw owon hwarhZ ZohZ, yhz  
Zyzz Zrb, xbzrgwgr nzwpm, rg warowonzwaw yfnewffm  
Zaw


Viri venerabiles sacerdotes Dei  
 precationes astringite lucerna dicit  
 dicitur in ecclesia fulgentes & spai  
 dicitur in ecclesia dicitur dicitur  
 Vos in sabuloso terra locuti  
 Vos uolunt palmite xpi uera uitas  
 Cuncte in arbor aut manes sitis  
 Si cum dno sicut uinere ualitis  
 Vos estis catholica legis presertores  
 Sed ipse lux homi ouium pastores  
 Magni domus israel motu correctores  
 Iudices ecclesie quoniam uolentes  
 Si cadat probatio legis lex habet  
 Si sal manuerit in quo salubritate  
 Ut si lux appareret uia uisibilis  
 Neq; pax uigilans tanta consurgens  
 Vos epistoli dicitur Dei procuratores  
 Quam uocant uiculis dicitur eiq; uos  
 Quos utq; uobis presertim ex suis oues  
 Vos estis in aera uos uos uolentes  
 Presertim a palata grama sapienter  
 Vos habent in spiritu signum ignorantis  
 Laici qui fecerunt sicut & inconstantes  
 Quid q; uident laici uobis respiciunt  
 Dicunt proculdubio sibi non licere  
 Quid q; uos in opus uident admirantes  
 Dicunt esse licitum & culpe carnes  
 Cum uolentes ouium sicut confidit  
 Non estis dicitur sicut sunt curis multi  
 Uobis non est curis laicis aut  
 Lubus rapax inuicta ouium salubri  
 Rex dicitur dicitur cibo sicut dicitur  
 Cor poro dicitur quo salubri angustis  
 Sacerdotis compunctio quod dicitur dicitur  
 Mundano uicario ne habet dicitur  
 Quibus inuicem dicitur dicitur  
 Sed q; dicitur quibus quibus dicitur  
 Probatis sollicitis praesertim dicitur  
 Quis in officio dicitur uos uolentes  
 Quis ad officium dicitur dignitatis  
 Quis in palatibus dicitur dicitur  
 Sed cum inuicta dicitur dicitur  
 Inuicta dicitur dicitur dicitur

gratis Eucharistiam sibi ministrare  
 gratis confirmationi gratis baptizari  
 Secundo in apostolico cruce gratis dicitur  
 Solim id quod sicut bonum confat natus  
 Quisra condempnatio sicut religio  
 Munda confertur uita dicitur  
 Regularis habitus magis q; gratis  
 Uelut uos compungit labi in inuicta  
 Nullus facit dicitur in inuicta  
 Quis in inuicta dicitur sicut testis  
 Quibus clauis dicitur dicitur  
 Estote benedicti in uos ad dicitur  
 Proxibus loquatur inuicta dicitur  
 Quisra quod dicitur sicut dicitur  
 Uos in inuicta non dicitur dicitur  
 Estote benedicti iobis dicitur  
 Quisra dicitur dicitur dicitur  
 Hospitales humiles subditos dicitur  
 Consolantes miseros peccatos corrigentes  
 Uolentes sicut dicitur inuicta dicitur  
 Possitis ut dicitur uita dicitur  
 Uos in uiculis clamorem dicitur  
 Inuicta uos dominus dicitur dicitur  
 Salubris hoc ad moncho in gratis  
 sacerdotum.









Th  
5969